

notans illum, A quod attonita caesaries declararet virum, sed oratio non declarare esse rethorem, sed feminam potius. Philostratus.

Quidam ad populum verba faciens, cum Stentorea voce de- baccharetur, quaedam ex assistantibus feminis plorare confue- rat. Ille mulierem se de vocatam rogavit, quae causa esset fletus, num verbis suis commota, lachrymas pijs effunderet? Respondit illa, sibi à marito moriente a seclum relictum, inopi- a sua praesidium. Eo nuper amisso, agrè se victum tolerare. Itaque quoties illum audiat magna voce boantere, videri sibi animum suum rudere, cujus recordatione ad flendum vel invita compellatur. Poggius in Facetis.

Conjule locum de Grammatica, ubi plerique de pronun- ciatione Grammatica.

\* Propheta. Prophetia.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Nomen Prophetiae à praesando Graeci ἀποφηνά deduxe- runt. Hebraeis Nebua. Unde Nabi Prophetes, radice B verbi incerta, nisi dicamus esse Ban, quod intelligentem si- gnificat, quia scilicet res oculis fideliter subjectas cognoscunt. Unde & Propheta videntes vocantur apud Hebraeos 1. Reg. 9. vers. 9. Itaque Propheta five ἀποφηνά proprie non componitur ex ἀπο, & φηνα, ut is sit Propheta, cui aliquid prius apparet, quam fiat: sed ex ἀπο, & φησι, id est, loquor.

Propheta igitur est is, qui ex Dei instinctu rem, antequam eveniat, praedicit, & hoc quidem juxta vocis notionem, & originem.

Extenditur aliquin nomen Prophetae, ut significet eum, qui arcaena cordis, aut alia secreta revelat, & eum, qui est conficius mentis divinae, interpres, & internuncius divini numinis, quique arcaena divinum consiliorum perfecta habet, & enuntiat, quomodo Abraham Deamicus, & familiaris, vocatur Propheta. Gen. 20.

Propheta autem definitur divina inspiratio recum à nobis procul distantium, evena immobilis veritate, & maxima eum certitudine profansens, atque denuncians. Datur enim do- num Prophetiae ad Ecclesiae utilitatem, ut quae Deo inspirante C Sancti cognoverunt, eadem annuntient alii.

Lumen autem quo cognoscunt, cum sit impressio subitaria, reducti S. Thomas ad passibilem qualitatem. Julius tamen Si- cense 1. 7. de factis c. 1. 4. ad habitum reduci vult, & communem sententiam impugnat.

\* SIGNIFICATA VARIA.

Prophetia generatim in scriptura S. dicitur facultas, qua quis pronunciat certò, & infallibiliter quavis recondita, five praeterita, five futura, dicitur facultas illa, Dei consilia, & placita plenius, ac certius tum cognoscendi, tum enarrandi ad Ecclesiae profectum, quam Spiritus S. afflat, & aspirat hominibus certis, qui inde Prophetae vocantur. Hujus pars quaedam est praesentis, aut praedictio futurorum, aut etiam quorumvis reconditorum, five praeteritorum, five futurorum. Pars altera, & quidem diviniòr, & principalior est de Deo, deque pietate, & virtutibus dexterius, & divinis discendi facultas, non studio parata, sed ab eodem spiritu aspirata: nam si studio parata est, scientia est, & doctrina non D Prophetia.

Itaque S. Paulus, qui Evangelium suum non ab homine ac- cepit, sed per revelationem Jesu Christi Gal. 1. ex perpetua po- tiente Prophetia, quam doctrina docuit, & praedicavit.

Primo ergo Prophetae vocantur, qui futura vel arcaena in- stinctu Spiritus S. proloquuntur.

Secundo, Doctores non quavis, sed qui ejusdem Spiritus S. instinctu docent, & exhortantur ad pietatem.

Hinc tertio, Prophetae dicebantur, qui arripiebantur vi qua- dam spiritus, ut Hymnis Deum celebrarent, & populum ad pietatem provocarent. Sic 1. Reg. 10. Spiritus inlavit in Saul, & propheta vit: & ut dicitur cap. 19. deposuit vestes, & nudus cecinit per diem, & noctem. Rursum quia Prophetae Helias, & Heliasius suos habebant discipulos, qui quasi viri Religio- siores, certis temporibus, tum decantandis psalmis, orando & laudando Deum, tum excutiendo, meditando, & docendo legem Domini, pra alijs sese studiosè occupabant, quique in- terdum singulari afflatu spiritus arripiebantur; ut ille, qui Jehu in Regem unxit: hinc omnes hi dicti sunt Prophetae;

horumque filii, vel discipuli dicti sunt filii Prophetarum: de quibus sit mentio 1. 4. Reg. praeterim quia inter illos semper ali- qui erant veri Prophetae.

Hinc quarto, extenditur Prophetae nomen ad cantores quovis, ut prophetae sit idem quod psallere, & Dei lau- des simpliciter canere. Sic 1. Paral. 15. filii Apsah, Heman, Idithun dicuntur prophetae in psalteris, citharis, & cym- balis, hoc est, haec instrumenta pullare, & Domino psal- lere. Erant tamen inter hos cantores veri Prophetae, scilicet Principes Cantorum Apsah, Heman, Idithun, qui ex afflatu S. Spiritus composuerunt psalmos eorum nomine inscriptos, ut tradunt Hebraei.

Quinto per Catachresin Prophetae vocantur delirii, qui ex afflatu mali spiritus insolentius delira, & insana proloquun- tur. Sic 1. Reg. 18. invasit spiritus Dei malus Saul, & propheta- bat in medio domus suae, hoc est, delirabat, & insolentia loquebatur, quasi actus Enthusiasmo.

Unde & profani Poetas vocabant Vates, & Prophetas, eò quod, & ipsi videntur Musarum quodam furore agi, imitari Sibilla in componendis, & decantandis carminibus. Ovid. lib. 6. Fastor.

Est Deus in nobis: agitante calefactus illo. Impetus hic sacrae femina mentis habet.

Sexto, Prophetae significat miracula facere. Hoc enim erat opus Prophetarum, qui erant viri sancti, & divini, & qua- si organa Dei, divinae scientiae, & potentiae. Sic Eccl. 48. dicitur corpus mortuum Helisai prophetae, quia suo conta- ctu mortuum resuscitavit. 4. Reg. 13. vers. 21. Sic enim sumit- tur Propheta. Luc. 7. vers. 16.

Septimo, prophetae est Prophetiam confirmare. Sic Eccl. 49. ossa Joseph dicitur post mortem prophetae, id est, quando per castra, & cum castris Hebraeorum egredientium ex Aegypto efferebantur simul ossa Joseph, tacite testabantur, & loquebantur prillam eus de hoc egressu prophetiam ver- ram esse, eamque confirmabant.

\* SPECIES, UTI ET SPIRITUS QUINTUPLIX.

Deus in 1. Num. c. 12. vers. 16. ita dicit: Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione scilicet imaginaria, & intellectu- ali: apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.

Notat hic Ezechielus, quinque distingui Prophetiae spes- cies: prima, est quae fit, כְּבֹרָה, hēmare, id est, in visione. G Secunda per somnium. Tertia in enigmatē, cum aliud vide- tur, aliud innuitur, ut erat, cum Jerem. c. 1. vidit ollam ace- nsciam, cum librum comederet Ezech. c. 2. vers. 8. & S. Joan. Apoc. 10. v. 20. Quarta per figuras, cum retum imagines in- tuentur, cum actus, cum choros, cum pompas, cum pra- clarissima quaedam conspicimus. Haec quatuor sunt per abstrac- tionem à sensibus, quae fit, ut neque audiamus, neque tangamus, sed tota mens in visiones has abiciatur. Quinta est, cum sensu, & statu corporis immutato, allocutio divina fit homini; quo modo Deus Angelos alloquitur, & allocutus est Moysen, & paucos alios.

Spiritus autem propheticus complexitur quinque. Primo prudentiam regendi. Secundo, doctrinam, & consilium, ad dubia tam juris, & iustitiae, quam ceremoniarum, & reli- gionis, aliaque qualibet resolvenda. Tertio occultorum cognitionem, ad decidendas lites, & causas occultas. Quarto, proprie futurorum praenotionem, ad ea vel accer- senda, vel praevenda, & arcenda à populo. Quinto, Dei laudes, & hymnos.

\* GRADUS.

Prophetarum visiones communiter fuerunt sensibiles, tum quia videbantur obiecta quaedam sensibilia, ut vidit Jeremias ollam succensam, virgam vigilantem, canistrum hiecum: Daniel vidit arborem, somnium Regis quatuor bestias, & Ezechiel vidit currum, rotas, animalia, &c. Tum quia per Angelos esse communitur factas has visiones sentent S. Dionys. de cael. Hierarchiea cap. 4. & S. August. lib. de Trinit. cult. Damaf. de fide cap. 3.

Porro Angelus Prophetis communitur non in sua, sed in Dei persona loquebatur, eamque repraesentabat. Unde passim dicitur Prophetae, hoc dicit Dominus, non Angelus.

Ut plurimum ergo Deus revelabat prophetiam, & volun- tatem suam Angelo. Angelus deinde eam revelabat, & lo- quebatur in imaginatione Prophetae, idque variis modis. Varii enim sunt gradus visionum harum prophetiarum, quo- rum alii aliis sunt perfectiores.

Primas, & infimus est, ait D. Tho. 2. 2. q. 174. art. 3. cum quis exteriori arcano instinctu, & impulsu, five expressa reve- latio-

velatione, movetur ad aliqua exteriori facienda, sicut de A Sansone dicitur. Judic. 15. quod irriti spiritus in eum, cum vincula sua dissolvit. Hoc modo multi Eremitae, & San- diti praesagiant, & etiamnum praesagiant, & praesentiant futura.

Secundus est, cum Prophetiae diserte concipiuntur pro- pheantes, & enuntiantur, sed ignorabatur se prophetae, quomodo propheta vit asina Balaam, & Caiphas Pontifex praedixit mortem, & redemptionem Christi, quam tamen non cognovit: quia ad suam malitiam, & sevitiam in Christum eam detorsit. Joan. 11. v. 51.

Tercio, alii solo visu Prophetiae excipiebant, ut uni tantum fieret apparitio symbolorum, vel imaginum, alteri vero reve- laretur eorum significatio. Tales fuere imagines spicarum, & vacarum visa Pharaoni, Genes. 41. 1. & arboris procretae visa Nabuchodonosori, Dan. 2. quarum significatio aliis, scilicet Josepho, & Danieli à Deo est revelata. Rursum alii dormien- do, alii vigilando videbant visionem: posteriori erat cla- rius, & subtilius.

Quarto, alii Prophetiam hauriebant solo externo auditu vocis loquentis, ut Samuel, dicens, Loquere Domine, quia audit servus tuus. 1. Reg. 3. 10.

Tercio, alii viderunt per imaginationem visa quaedam portendentia futura, alii vero audiebant vocem interioris lo- quentem, & futura annuntiantem. Hoc posterioris frequen- tior accidit Prophetis, siveque perfectius. Auditus enim ser- mo distinctus, & clarus enuntiat rem, quam symbolum, & signum ejus visum. Perfectissimus vero modus fuit, cum si- mul viderent visionem, & audirent vocem illam explicantem, sic Jeremias videns ollam succensam, mox audivit, quod illa portenderet incendium, & excidium Hierosolymae, & aliarum gentium per Nabuchodonosorem.

Sexto, alii audierunt res naturales, ut eventa, & succes- sus bellorum, Regum, Monarchiarum: alii res supernatura- les, ut vocationem Gentium, reprobationem Judaeorum, my- steria Trinitatis, Incarnationis, passionis Christi, hoc illo fuit perfectissimus.

Septimo, aliquando iusti sunt à Deo non tantum verbis, sed & factis prophetae, & portendere futura; ut cum Isaias nudus incesit cap. 20. portendit spoliationem, & nuditatem Aegypti, & Aethiopiae, cum Jerem. c. 27. v. 2. vincula, & compedes collo gestavit, portendit captivitatem Babylonicam cum Ezechiel C trecentis nonaginta diebus in uno latere cubavit, ac simum boum comedit, portendit obsidionem, & famem Hierosoly- mae. Ezech. 4. v. 4. & 11.

Octavo, non tantum rem videbant, & verba audiebant, sed & subinde videbant personam loquentem, & res demon- strantem: idque erat perfectissimum; quia per hoc ostende- batur, quod mens Prophetae magis appropinquabat ad causam revelantem. Rursum perfectus erat, si persona lo- quens videretur in specie Angeli, quomodo visa est passim à S. Joanne in Apocalypsi, quam vi videretur in specie ho- minis, quomodo Jeremias, & Onias apparuerunt Judae Ma- chabaeo, 2. Mach. 15. 15. dicente Jeremia: Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo decies adversarios populi mei Israel.

Denique utroque perfectus erat, si persona loquens vi- deretur in specie Dei, quomodo vidit Isaias cap. 6. Deum sedentem in solio, indeque secum colloquentem. D. Thom. art. 3. loco citato. Huic divisioni similis, & subalterna est divisio Ihsidor. Etymol. c. 8. & ex eo D. Thom. 2. 2. qu. 174. art. 1. ad 3. Prophetiae, inquit, genera sunt septem. Pri- mum est ecclasiis, quod est mentis excessus, sicut vidit Petrus vas submissum de caelo cum variis animalibus. Secundum est visio, sicut apud Isaiam dicitur, Vidi Dominum sedentem, Tertium est somnium, sicut Jacob scalam dormiens vidit Gen. 28. 12. Quartum genus est per nubem, sicut ad Moysen lo- quebatur Dominus. Quintum est vox de caelis, sicut ad Abraham sonuit Deus, dicens: Ne mittas manum in con- cingit Balaam Num. 23. 7. Septimum est, repletio Spiritus S. sicut penè apud omnes Prophetas.

Hac divisio sumitur ex varietate tum modorum, tum obje- ctorum, & formarum imaginabilium, vel sensibilibum propheta- riae. Tria enim prima, puta ecclasiis, visio & somnium, sunt tres modi prophetiae distincta, verò sequentia sunt objecta, & sen- sibilis signa, quae percipiuntur Prophetiae. Inter quae primum est, res quaedam corporea exteriori apprensus visu, quam ponit quarto loco. Secundum est, vox formata, exteriori ad auditum hominis delata, quam ponit quinto loco. Tertium est vox per

hominem formata cum similitudine alicujus rei, quod pertinet ad parabolam, quam ponit sexto loco.

Rursum quoad modos prophetandi. Ihsidor. ibidem, & S. August. lib. 12. de Gen. ad litter. c. 7. & sequent. ponunt tria ge- nera visionum: primum secundum oculos corporis, alterum secundum spiritum imaginarium, tertium per intuitum mens- tis. Hac divisio petitur à potentis cognoscitivis in homine, quae sunt tres, sensus, imaginatio, & intellectio, uti explicat D. Thom. 2. 2. q. 174. art. 1. ad 3.

\* HABITUS, ET DISPOSITIO INTERNA PROPHETARUM.

Varias in Prophetis reperire est dispositiones, quae ad reve- lationes, quarum paulò ante meminimus, sunt necessariae, vel valde opportunae. Prima est mentis quies, & tranquillitas nam omnibus quidem ait S. Basilius proaemio in Isaiam, adest Spiritus sanctus, verum in his, qui puri sunt affectibus, vim pecu- liarem ostendit. Sic Angeli apparentes in Scripturis, & varia oracula annuntiantes, velut viam praenuntiant, dum timore eximunt, eaque ratione animum eorum, quibus revelant, sua mysteria preparant.

II. Abstractio animae à sensibus, & sensibilibus rebus, per crebram orationem, & meditationem, cum enim anima fit virtutis limitata, ait S. August. lib. 10. de Trin. cap. 4. non potest simul intendere rebus terrenis, & divinis. Hinc & Patriarcha morti vicini potissimum propheta vit; cum jam à curis essent separati, ut constat de Jacob. Gen. 49. de Moysē Deut. 32. & Heliseus Dei oraculum postulaturus, Psalter vocavit, 4. Reg. 3. vers. 15. Atque ad hoc pluri- mum facit fuga voluptatum. Ita Moyses jerumio 40. dicitur fite praeparavit, ut acciperet Dei oracula in Sina. Exod. 34. Item solitudo, quam idcirco plures viri sancti intrarunt, ut divinis vacarent.

III. Vitae sanctitas, quae licet non semper fuerit necessaria, cum etiam Saul. 1. Reg. 19. Balaam Num. 22. Caiphas Joan. 11. donum Prophetiae acceperint, ac in die judicii dicent nonnulli, Domine, nonne in nomine tuo propheta vitimus? Matth. c. 7. tamen ut donum illud continuum sit, & velut habituale, om- nino requiritur, ut constat exemplis illorum, qui in Scriptura celebrantur, quique catalogo Sanctorum in Martyrologio adscribuntur. Quippe vitae sanctitas mentem elevat, & ad il- lustrationes accipiendas disponit. Cumque Propheta mittan- tur ad docendum, & communi faciendum, melius id praestit- erint, si tam vita quam voce sonent.

IV. Est humilitas, quae cum animam compleverit, & de- jecerit; tunc incipit dilatari dilectione, & elevari spiritu. Illa enim subternit mentem Deo, ut demonstrat Greg. 1. 1. Dialog. c. 1. Eaque ratione l veteres Anachoretae, alique Sancti Pro- pheticum spiritum adepti fuere.

\* HABITUS EXTERIOR.

Vestis Prophetarum erat saecus, five cilicium à pilis hircor- um, aut camelorum, aut aliorum animalium contextum. Pater id in Helia, Elisaeo, Joanne Baptista. Et praecipitur Isaias, Solve saecum de lumbis tuis, & calcamenta tua tolle de pe- dibus tuis, c. 20. Eo enim habitu ait S. Hieronymus; excita- bant populum ad poenitentiam.

An fuerint uncti oleo sacro unctionis, quae potest, verum ordinariè unctos non fuisse constat: cum id de unico dumtaxat Elisaeo legamus, scilicet ab Helia iustum ungi, & consecrari Prophetam. 2. Reg. 19. neque est verisimile, omnes fuisse ita H unctos, & consecratos. Vide à Castro lib. 4. prol. c. 5.

Subinde tamen Dei iustu fumebant alium habitum, five in- dicia conformia oraculis, quae essent promulgaturi. Sic Je- remias jubetur indare catenas, & vincula, ut instantem capti- vitatem indicaret. c. 27. Sic Ezechiel iustus est c. 12. assumere habitum transigrans: & incedere rato capite, c. 5. Praecipit Isaias Deus ut nudus, & excaleat, excus sacco, tanquam spectaculum compareret eorum populo, ut adstrueret va- stationem imminentem sub Sargon Rege Assyriorum. c. 49. 20. Zachariae etiam mandatur c. 11. fumere vasa pastoris, quibus gregem suum ledit potius quam pascit, vacinatus namque mitte- batur tyrannidem Antichristi, & falsorum Prophetarum, qui populum Dei deglubent, & consumunt. Ac plura deinde pra- fatis locis inveniuntur iidem praecipit, quae primo intuitu ri- dicula apparent, tamen à Deo assumpta fuerunt ad maxima- rum rerum significationem.



PROPHETÆ VETERIS TESTAMENTI. IN LEGE NATURÆ.

\* Admodum circa dogum Prophetia fe olim Deus munificum præbuit, uti & in primitiva Ecclesia, quam variis donis cumulavit, quæ nunc promiscuè non dantur, prout tunc propter Evangelii confirmationem dabatur, adeoque verè, ac propriè dicta Prophetia magna ex parte cessavit, fide nunc stabilita, mundoque de ea instructo.

\* Primus Propheta fuit Adam, qui de Christo prophetavit Gen. 2. dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. & etiam duo in carne una, unde Paulus, Sacramentum ait, hoc magnum est (Ephes. 5.) in Christo, & Ecclesia.

Etiam sanguis Abel clamat, & prophetat, ad Hebr. c. 11. v. 4.

\* De Enoch ita scribit Judas ver. 14. & 15. epist. sue, prophetavit autem de his septimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in Sanctis millibus suis, facere judicium contra omnes, &c.

Noc prædixit diluvium, ideòque fabricavit arcam. \* Abraham quoque appellatur Propheta à Deo dicente ad Abimelech Regem, Nunc ergo redde viro uxorem suam, loquitur autem de Sara, quam Abraham dixerat fororem suam; quia Propheta est. Abraham enim, dubium non est, multa prænovisse, quæ circa Isaac, & semen illius erant eventura: item everendam Sodomam, Filios Israel post annos 400. postesturo terram Chanaan, & similia. Gen. c. 21.

Cum Joseph filios suos, Manassem natu majorem, & Ephraim, ad patrem Jacob propediem morituro adduxisset, ut illis benè precaretur: & Manassem ad dextram, Ephraim ad sinistram patri locasset: Jacob quavis cæcus, fatidico spiritu plenus, manus decussavit, & dextram Ephraim, sinistram Manassem superaret. Utrique tamen benè precatus est: Per vos, inquam, benè precetur Israelita, hoc modo: Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & Manassi. Gen. 48. Quid singulis filiis prædixerit, c. 49. narratur.

IN LEGE SCRIPTURÆ.

Moyfes Hebraeorum Dux, vaticino spiritu omnium maxime claruit. Ei Dominus in monte Sinai gloria suam patefecit. Servanti oves apparuit in rubo ardenti, qui tamen non comburebatur. Deum vidit, quod mortalium nemini contigit unquam. Decalogi præcepta accepit in tabulis lapideis, quæ dedit filiis Israel. De Mose juvenalis:

Tradidit arcana quodcumque volumine Moses. \* Judæi in fine symboli fidei sue, quod edidit Genebrardus in calce sue Chronologie ult. edit. afferunt Moyfen præcelsisse aliis Prophetis in hisce quatuor; Primo, quod Deus Moyfi per se, aliis verò per Angelum loqueretur. Secundo, quod aliis noctu, Moyfi interdum loqueretur. Tertio, quod omnes alii audientes Angelum horrore, & tremore concutiebantur, ita ut penè exanimarentur, uti contigit Danieli cap. 10. ver. 8. Moyfes nil tale patiebatur.

\* Quarto, quod Moyfes prophetabat, quodcumque volebat, cæteri non nisi eo tempore, quo afflabantur spiritu Dei: unde sæpe multos menses, & annos cessabant, quia à Spiritu non docebantur. Verum hæc partim falsa, partim factiosa, & Judaica sunt: quædam tamen vera iis de more permittuntur. Exhinc enim Moyfen reliquos sui temporis Prophetas superasse perhibent, quod loqueretur cum Deo palam, & ore ad os, præsens cum præsentè, & familiariter, ac corpora specie, Angeli nempe Deum representantis, eum videret.

Septuaginta duo seniores Israelitarum, quibus de Moyfis spiritu dabatur, vaticinari incipiunt. Num. 11.

\* De Cuncto Prophetarum legitur i. Reg. 10. testimonium Samuelis ad Saulem. Erant autem hi viri Religiosi, remoti à sæculo, vacantes Dei laudibus, & Psalmodiæ, neque erant omnes Prophetæ propriè dicti, quamvis nonnulli tales inter eos etiam essent.

Anna Eleazar Ephrataz Levitæ uxor, cum diu sterilis fuisset, tandem à Domino multis precibus filium impetravit, quem Samuellem vocavit, quasi à Deo exoratum. Eum divino ministerio mancipavit, & Silo (ubi tunc templum Domini erat) deductum Heli summi Pontificis cura commisit. Qui licet pessimos filios haberet, Ophim, & Phineem, illorum tamen improbitate Samuel corruptum non potuit: sed in divino cultu assiduus, cum in Domini cella, ubi erat arca divina, cubaret, ter à Domino vocatus, ter ad Heli currit, ab illo se vocari exultans. Ubi divinum quid esset Heli videns, ut quartò vo-

canti Domino responderet, Adeste & audire se, monuit. Quod cum Samuel fecisset, narravit ei Dominus omnia ea mala, quæ Israelitis, & toti domui Heli propter filiorum improbitatem eventura jam olim prædixerat. Manè ab Heli obtulit Samuel, quamvis invitus, omnia, quæ à Domino acceperat, ei patefecit. Cæsa inde 34. millia Israelitarum à Palæstinis, & arca Dominica capta. Samuel populum ad Maspham congregavit: & agno subfuro sacrificans, Palæstinis ingenti strage affecit. Jus ex eo Israelitis dicit, Ramathæ, & quotannis Bethel, Galgala, & Maspham juris dicendi ergo obibat. Regem postea Israelitis effugiantibus, Saul dedit, filium Cis, jubente Domino, & cumque unxit. Quo propter inobedientiam rejecto, justus fuit Davidem, Heli F. Bethlehemitam, in Regem ungere. Quem postquam unxit, cum Saul nullum amplius commercium habuit, sed Ramathæ permansit. Ad eum cum David persequente Saul profugisset, ambo Najoth fecerunt. Quò cum nuncios misisset Saul ad comprehendendum Davidem, illic viso varum cætu prophetantium, & ipsi divino afflatu spiritu cæperunt vaticinari. Misit rursus alios, itaque retortos. Tandem ipsemet profectus Ramatham, Najoth usque inquit eundem vaticinatur: & exultis vestimentis, tota die, & nocte nudum jacuit, & apud Samuellem prophetavit. Unde F. Manavit dictum illud, An & Saul inter Prophetas? Tantum nimirum Samuelis præsentia poterat, ut & qui ad eum accederent, spiritus illius divinitate participes redderentur. Mortuus Ramathæ sepultus fuit, deflentibus cum omnibus Israelitis. Ex i. Regum. Defuncti Samuelis manes ab inferis per veneficam exciri Saul curavit, ut de exitu belli eum confileret. Qui excisus, interitum, & cladem ei prædixit in monte Gelboe. i. Reg. 28.

David vates Davidem exulem monuit, ne fe in Moabitaram terra contineret, sed in Judæa fines concederet. i. Reg. 22. Idem Davidi peccatum fuum indicavit, quòd contra Dei mandatum populum recensuisset. 2. Reg. cap. ult.

David, sapientissimi Salomonis pater, divino afflatus spiritu, partem multò maximam eorum, quæ in Christo, longò post temporis interstitio evenerunt, fatidico carmine præcivit, humanum genus futura salutis admonuit. Sabell. l. 1. cap. 5.

Nathan, è tribu Judæ, ex urbe Gabath Galilæa, Davidis adulterium præcivit, & Regem severè corripuit. G. Semei vates, Roboam Regem, cum 180. millibus Israelitis, qui ad Jeroboam defecerant, bello aggredi parantem, Domini jussu cohibuit: ejus defectionis auctorem Deum esse dicitans. 3. Reg. 12.

Hanan Propheta Afam Regem Judæorum increpavit, quòd cum Benadab Syriæ Regis fedus junxisset, plus homini quam Deo confidens. 2. Paral. 16.

Azarias F. Oded de Symphata oriundus, precibus suis avertit captivitatem, quam Azara Rex Æthiopiæ machinabatur Afæ Regi Judæorum. De adventu Domini multa vaticinatus est. 2. Paral. 15.

Jehu Janani F. Josaphat Judæorum Regem ob auxilium Achab Israelitarum Regi latum, severè corripuit. 2. Paral. 19. Baas tyranno Israelitarum prædixit exitium, eò quòd Jeroboam idololatriam, cuius ipse filium Nabat interfecisset, imitaretur. 3. Reg. 16.

Jahaziel Zachariæ F. Propheta, prædixit Josaphat victoriam H. contra Syrios. 2. Paral. 20.

Zacharias filius Jojadæ Pontificis, & Josabæ Joram Regis filitæ, cum Joam Regem Judæorum propter idololatriam reprehenderet, ejus jussu à populo in atrio templi lapidatus est. 2. Paral. 24.

Naum natus ab Elcefi trans Jordanem, versus Begabar, ex tribu Simeon. Hic Ninives excidium per diluvium, & excusationem prædixit post Jonam, sub Rege Judæorum Joathan. Josephus l. 9. c. 12.

Daniel è tribu Juda, puer in Babylone ductus: natus in Bethero superiore, propter Hierosolymam. Ea semper fuit morum probitate, ut Eunuchus à Judæis esse crederetur. Dessevit urbem Hierosolymam. A Nabuchodonosore in carcerum conjectus illusus abierat. Leonibus objectus, ab Abacue cibatus est. Pro Nabuchodonosore Rege in belluam converso strenue oravit: qui post septem annos pristina fortuna restitutus, Daniellem nomine unigeniti sui Balthazarem vocavit, & cohæredem regni statueret voluit. Sed Daniel mortuus est. Multis miraculis claruit inter Persas, & Babylone noluit esse. Michæas

Micheas Jemla F. Morastita, de tribu Ephraim, sub Joatham, Achaz, & Ezechia Regibus. A. Joel Phatuclis F. ex agro Bethor, tribus Ruben, de excidio Hierosolymorum, & consummatione gentium multa vaticinatus est.

Amos è Thecuanis pastoribus, de terra Zabulon oriundus fuit. A filio Amasæ Sacerdotis in Bethel fuit percussus obiit, quòd cum propter buccularum aurearum venerationem reprehendisset. Iaias Amos F. ex tribu Juda, Hierosolymis ortus illustri genere, eloquens, sub Manasse Rege fecero suo, terra lignea in duas dissectus partes, Ezechia Regi carus, & Hierosolymis vaticinatus est, temporibus de Judæa, & Hierosolymis vaticinatus est, tempore quo Ozie, Joatham, Achaz, & Ezechia Regum. De Christo adeò explicatè, ut quintus Evangelista vulgò vocetur. De Cyro, quòd Persarum Rex futurus esset, prædixit cap. 44. & 45. Quo loco ostentio, Judæi reditum è Babylone impetrarunt.

Sophonias Sarabathides, à monte Sarabata, ex tribu Simeon, sub Jofa Judæorum Rege. Eum Hebrai Prophetam, & Prophetarum filium, nepotem, & abnepotem fuisse tradunt. Pater enim fuit Chuli, avus Godolias, proavus Amarias, atavus Ezechias, Propheta omnes: nam ajunt omnes majores, quosin titulo nominat Propheta aliquis, etiam Prophetas fuisse.

Habacuc ex agro Bezozochar, è tribu Simeon, urbis excidium à Nabuchodonosore prædixit. Fugit in Ostracimam Ismaclitarum. Post obitum Nabuchodonosor in patriam revertens, agellum suum coluit: cumque messoribus prandium præterit, ab Angelo in Babylone ductus à Daniele raptus est. Prædixit populi reditum. Sed biennio, antequam reverteretur, obiit. Dan. 14.

Jeremias Anathodites Sedeciam Regem, ne à Nabuchodonosore deferret, monuit. Eum Sedecias tanquam defectorem carceri mancipavit. Capta urbe, & abductis Judæis, in captivitatem cum reliquis in Judæa mansit, nec quamvis invitante Nabuchodonosore, Babylonem ire voluit. Tandem cum propter Godolias necem reliquæ Judæorum in Ægyptum dilaberentur, metu Nabuchodonosoris Jeremiam quoque secum per viam abduerunt. Qui captivitatem imminente illi prædixit. Nam quinquennio post Ægypto subacta, reliquæ etiam Judæorum Babylonem abductæ fuerunt. Josephus 10. cap. 11. Antiq. Apud Taphas in Ægypto, à plebe lapidibus obrutus perit. Eum mortuum Ægyptii coluerunt, eò quòd aspidem ejus beneficiis exillis finibus sint profligati. Prædixit quoque simulachrorum casum, quando virgo infantem enixa, in Ægyptum ascensura fuit. Hic est ille Propheta, qui ante mutationem templi arculam apprehendit, & cam in saxo abforberi fecit, quam in ultima resurrectione primam resurrecturam esse pronuntiavit. De eo sic D. Hier. libr. 1. Com. cap. 1. Cum esset adhuc puer, prophetare cepit, anno XIII. Josiæ filii Amon Regis Judæ: prophetavitque in Imperio ejus annis decem, & novem: & postea sub Joachim filio ejus annis undecim: & sub Sedecia, qui ultimus fuit Regum Juda, annis undecim, usque ad quintum mensem, quando à Babyloniis capta est Hierusalem: ac per hoc ab exordio Prophetiæ suæ usque ad captivitatem Hierusalem, in qua & ipse captus est, prophetavit annis quadraginta, & uno: præter illud tempus, quando ductus est in Ægyptum, ibique prophetavit in Taphnis. Hier. lib. 1. Com. in Jerem. cap. 1.

Urias Semeje F. Cariathiarimensis, Judæis excidium denuntians, Joachim Regis jussu, à fuga (in Ægyptum enim, mortis metu, concesserat) retractus, interfecit est, ejusque corpus in publicum sepulcretum projectum. Jerem. 26.

Ezechiel è terra Sarepta, sub Sedecia Babylonem captivus abductus, plurima de populi reditu ex Babylone prophetavit, & de adventu Christi. Occidit illum Dux populi Israelitici, qui eum propter idololatriam reprehenderat. Filii Israel precibus suis maximam copiam piscium impetravit. Mortuus vite restituit. Hic quamvis in Chaldaea esset, pleræque tamen populo, quæcumque Hierosolymis in templo fiebant, aperuit: & in Babylone judicavit tribum Dan, & Gad, filiosque impiorum, & jumenta à serpentibus devorari fecit.

Aggeus, juvenis admodum ex Babylone Hierosolymam profectus, cum Zorobabele, sub Dario Rege, Judæos ad extruendum templum hortans, & de populi reditu vaticinatus, primus cecinit ibidem Alleluia, Amen i. Esdr. 5.

Zacharias, Barachiz F. Addonis nepos, cum Zorobabele rediens è Chaldaeorum terra, inter proficiscendum per multa populo vaticinatus est, & miraculis claruit. i. Esdr. 5. Annunciavit Josedeck, quòd habiturus esset Josiam filium, qui Hierosolymis Domino sacrificaturus esset. Benedicti Salathiel in filio Zorobabele. De Cyro quoque vaticinatus est. Item de Cresfo Lydorum, & Astyage Medorum Regibus. Obiit in Judæa, decrepitus, & juxta Aggeum sepultus est.

Malachias è tribu Zabulon, post reditum populi in Sophera natus est, & juvenis admodum vita apud suos fundus.

Eldras Sarajæ F. Sacerdos, & Propheta, anno Darii septimo è Babylone cum Levitis Hierosolymam profectus, populum, qui cum Zorobabele jam antè redierat, illegitimè viventem, in lege Domini erudit, cum Nehemias multos urbis infuaturat, templo jam antè per Zorobabelem erecto. Scriptis res gestas eorum, qui redierunt, è Babylone, tribus libris, & quartum iis ad junxit, visiones & prophetias suas, cum aliis, cum præsertim ob liberationem decem tribuum à Salmanasare Assyrio olim abductarum admirabiles.

Achias Silonites, è tribu Juda, Salomoni decem tribuum defectionem prædixit: item Hieroboam idololatriam, quòd per buccularum illum à Domino averfurum esset. 3. Reg. 11. Idem Hieroboam uxori, mutato habitu ad se venienti, prædixit mortem Abiæ filio: præterea calamitatem totius generis, propter idololatriam. 3. Reg. 14.

Jadon vates Hierosolymitanus, Hieroboam, Israhelitarum Regi vitulo aureo, quem in Bethel exerarat, sacrificantem, supervenit, eique prædixit, oriturum de stirpe Davidis Regem Josiam, qui super ea ara Sacerdotes à Hieroboam institutos mactaturus esset (id quòd factum est post CCCLXI. annos, sub Rege Josia. 4. Reg. 2.) & in ejus rei fidem aram jam tum commota structura ruituram. Rex manu proterfa ab altari hominem prehendi jubet: & subito illa exaruit, diffissaque est ara, & effusus ex ea cinis. Rex territus, manum sibi restitui petiit. Propheta precibus suis impetrat: neque tamen invitante Rege cum eo cibum capere vult, Domino vtante, sed alia via domum reveritur. Ibi tunc in Bethel pseudopropheta quidam fenex, veritus, ne Jadon in majore gratia apud Regem esset, eum insecutus, se quoque Prophetam esse dixit, & Domini monitu eum persecutum, ut secum rediret, G. cibumque caperet. Creditur Jadon vati mendaci, & cum co cibum fumpserit. At accumbentibus illis, Jadon objurgat, & propter inobedientiam hanc eum per nas morte luiturum minatur. Jadon igitur alino insidens, in via à leone interfecit, cum interim leo asinum simul, & eademer Propheta custodiret, donec superveniret pseudopropheta, qui ejus corpus sepulcro suo intulit, & ut cum eo post fata humaretur, filius suis præcepit, ossibus commixtis. Nam verum vaticinium Jadonis fore metuens, ne cadaver suum è sepulchro aliquando erueretur, hæc ratione providere voluit. Mox Hieroboam Regem adit, & Jadonis interitum commemorat, ejusque vaticinium elevat, Regemque in idololatria ita confirmat, ut in dies elevatior efficeretur. 3. Reg. 12. & Joseph. l. 8. c. 9. Antiq.

Oseas filius Beer, in Belomoth ex tribu Israhel genitus, sub Hieroboam Joæ F. Israhelitarum, & Achaz Judæorum Regibus, de adventu Christi, & Apostasia gentis suæ vaticinatus est.

Helias, ex Thesbis Arabiæ Galaaditidis, ter ignem è eglo deduxit, imbre lingua sua gessavit, filium Sareptæ viduæ refuscitavit. curru igneo in caelum avolvit. 4. Reg. 1.

Heliseus Saphat F. ex Abelmeth, editus in Galgais: eodem die bos aurea in Selom clamore horrendo vociferata est, interitum sui metuens. Ab aratro vocatus ab Elia, injectu pallii ejus prophettare cepit. 3. Reg. 19. Elia rapto in caelum, spiritu ejus repletus est, & stupenda fecit miracula, majora etiam quam Elias, utpote qui duplo ejus spiritu præditus esset. 4. Reg. 2. & Joseph. l. 9. c. 1.

Naaman Syrum à lepra sanavit: puerum suum Giezi contra leprosum reddidit. Facto sanctus, attractu suo mortuum suscitavit. De Christi adventu multa vaticinatus est. 3. Reg. 17. & Joseph. l. 9. c. 1. Joram Israhelitarum Regem sæpe monuit de insidiis, quas ei Benadab Syriæ Rex tendebat. Confilia enim secretissima divinitus sciebat Elifesus. Eum igitur tanquam profectorem capere cogitavit Benadab, sed frustra.



Abdiu ex Sichem, agro Lechtachamar oriundus, ter femi- A centurionem egit. Huic cum Helias Propheta peperisset, re- lictio Rege suo, Helias adhaesit. 4. Reg. 1.

Jonas Amittit F. ex terra Carthamaum, non procul ab Azoto urbe Cræcorum, mari vicina. Filius hic fuit viduæ Si- donia in Sareptha, ab Helia propter hospitalitatem a morte resuscitatus. Hic postea ad Ninivem missus, & a cæto in mari Cilicio absorptus in Euxino post tres dies cælestis, Ninivi- tis prædicavit. Vixit sub Hieroboam II. Israelitarum Rege. Joseph. lib. 9. Antiq. cap. 11. Sic cæteri propter scriptas Prophe- tias de Christo magni habentur: hic propter resuscitationis Messia typum, quem suo expressit corpore, maximus cen- sendus erit.

Oded vates Samaria Pekam Regem Israelitarum, ducenta millia captivorum è Judæis abigentes, admonuit, ut eos omnes remitteret, alioqui iram Dei gravissimam incur- surum. Deum enim victoriam ei concessisse propter Achaz Ju- dæorum Regis scelera: vetare tamen, ne fratres suos capti- vos ducat. 2. Paral. 27.

IN NOVO TESTAMENTO, SIVE IN LEGE EVANGELICA.

B Zacharias, Jojadæ Sacerdotis filius Joannis Baptistæ pa- rens, quem Herodes interfecit juxta aram templi, cum sacer- dos esset: Hierosolymitanus erat de familia David, Post ead- em illius variis spectris templum repletum fuit: nec oracula amplius ex adyto dabantur, nec ex Ephod sacerdotes aliquid colligere poterant.

Simeon Justus è tribu Aaron Pontifex Hierosolymitanus, oraculum acceperat à Spiritu sancto, non prius fe moriturum, quam Salvatore m vidisset. Eum igitur à Maria Matre in tem- plo oblatum ulnis excepit, & præclaram illum hymnum ceci- nit. Nunc dimittis. Luc. 2.

Joannes Baptista, filius Zachariæ, & Elizabethæ, ex tribu Levi, digito nobis ostendit agnum Dei: Prophetarum om- nium novissimus: qui juvenis, jam juvenem Christum non quidem futurum prædixit, sed tamen incognitum prophe- tia cognitione monstravit: propter quod de se fecit Dominus ait: Lex, & Propheta usque ad Joannem, August. 1. 17. de Civitate Dei, cap. 24. ab Herode, propter Herodiadem C capitare multatus fuit.

\* Omnium verò Prophetarum norma, os, & princeps erat Christus Dei filius, juxta vaticinium Zachariæ cap. 13. & te- stimonium discipulorum euntium in Emaus, qui eum dicunt Prophetam potentem in opere, & sermone, coram Deo, & omni populo. Luc. 24.

Agabus unus è LXXII. discipulis vates Hierosolymita- nus, Christianus Antiochiæ, famem prædixit totius orbis, que sub Claudio Cæsare accidit, Act. 11. Idem Cæsarea arrepto Pauli Apostoli cingulo, & colligatis suis mani- bus, ac pedibus: Sic te Hierosolymis Judæi colligabunt, dixit. Act. 21.

Philippus Evangelista, Filias quatuor virgines habuit Cæsare, que vaticinabantur, & Paulo Apostolo vincula præ- dixerunt. Item.

Paulus Diac. ait, Baudolinum quendam, vitæ sanctitate conspicuum, Prophetico spiritu claruisse,regnante apud Lon- gobardos Luitprando.

Fuit & eo tempore alter, Theolapius nomine, qui præfago D spiritu multa prædixit futura.

Hospitius Dei servus, apud Nicæam urbem in Gallia, tur- ri inclusus, ac ferreis catenis vincitus, miraculis, & pro- phetiis claruit, Longobardos in Gallias venturos, & se- ptem civitates vastaturas prædixit: & incolas opes suas ab- scondere jussit. Hostes turri concessita, videntes ipsum ca- tenis ligatum, causam ab eo per interpretem sciscitantur. Quibus respondit, se homicidii reum esse. Unus ex illis gladi- um trinxit, sed manus ejus adeo rigit, ut eam retrahere non possit. Quo miraculo hostes territi, rogant Hospitium ut edoceret, quibus remediis sanitati restitueretur. Hospitium imposito crucis signo, eam curavit Longobardus sanatus ad fidem conversus est, ac monachus factus. Greg. Turon. lib. 6. c. 6.

Paulinus Nicolaus Episcopus voluntarie servituti, ut fi- lium viduæ captivum redimeret, Vandalis in Africa fe subji- ciens, ob futurorum prædictionem, & miraculo, & terrori Barbaris fuit.

Cyrillus natione Græcus, Carmelita, & revelationem habuit futurorum. Persuadet Regi Armenia, ut seisc Romano Ponti-

fici subiceret: quod ille fecit anno 1181. Decemque annos in Armenia Evangelium propagavit. Reversus ad locum suum, E visionem habuit inter sacra pueri elegantissimi, qui de futuris rebus cum instruxit. Mantuan. lib. 5. Fastorum hist. hanc verbi- bus describit.

Nicetas Chonarus Episcopus, eunuchus, futurarum rerum ita præficus fuit, ut inter maximos vates haberetur. Nicetas l. 7. de gestis Manaelis.

\* D. Antonius Magnus aliquando in monte positus, eum fratribus circa fe sedentibus operaretur, intentè fixit oca- los in cælum, gemens, atque suspirans, & post aliquanto nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus ante Dei vultum provolutus oravit, ut elementa sua futurum scelus averteret. Succedunt orationi lachrymæ, metus ingens in- vadit præsentem: obsecrant, ut tanta calamitatis exponeret visionem. Singultus occupant vocem, lingua fratribus præ- dicitur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tamen cum vociferatione luctuosa ait: Melius erat, & filiohi, impendens piaculum eia morte lucrari. Sic incipiens rursus lachrymis vincitur, & inter ægra suspiria, tandem pectori commodans vocem: Magnam, inquit, quoddam, & universis feculis inauditum luctuosa ait: Magno fides Catholica turbine subvertetur, & homines juvenis similes Christi sancta diripiunt. Vidi enim altare Domini multo- rum circumdatum multitudine, qui crebris calcum ictibus F omnia dissipabant. Hæc est causa gemituum meorum, quos audistis. Et facta est vox Domini dicens: Abominabitur al- tare meum. Nec mora, visionem sequitur effectus. Nam post annos duos sava Arianorum erupit insania. Tunc Cle- clefarum fuerunt rapinæ, tunc divinorum temeratio va- forum: tunc polluti Ethnicorum manibus sacra polluta sunt minifera: tunc paganorum opificum præfida adversus Christum comparata, cum assumptione palmarum, quod idololatriz apud Alexandram insigne est, ad Ecclesiam pergere compellebantur Christiani, ut Arianorum popu- li crederentur. Profelium! horret replicare, que gesta sunt. Virginitas, maronatumque ereptus pudor, sanguis ovium Christi in Christi templo effusus veneranda resperfit alta- ra: Baptistarum pro voluntate Gentilium pollutum est. Nihil desunt, visionis veritatem monstravit effectus, quod calcitrantium mulorum indisciplinatio, Arianorum est im- pietas. Sed istam tristitiam consequentis revelationis prospere- ritate consolatus est, & ait: Nolite, filiohi, moreri vos pe- nitentia dare: ut enim iratus est Dominus, sic rursus misere- rebitur, & suum cito Ecclesia recuperabit ornam, eoque qui in perfectionibus fidem Dominum fervaverunt, folio videlicet fulgore relucentes. Revertentur ad foveas suas serpenes, & religio longius propagabitur: tantum vi- dete, ne fidei vestrae sinceritas Ariana labe fordescat. Non Apostolorum, sed Dæmonum, & patris corum diaboli ista doctrina est: ob id per insipientiam juvenorum similes pec- catorum eorum expressit animus. D. Arban, in vita ejus versus finem.

\* Gothorum temporibus, Totila, eorum Rex, ad Dei ho- minem Benedictum accessit, quem cum longè sedentem cre- neret, non ausus accedere sese in terram dedit. Cui cum vir Dei bis, terve diceret, surge; sed ipse ante eum de terra cri- gere se non audeat: Benedictus Christi Jesu famulus pro se- metipsum dignatus est accedere ad Regem, prostratumque de terra levavit, & de suis adibus increpavit, atque in paucis sermonibus cuncta, que illi erant ventura, prænuñciavit, di- cens: Multa mala facis, multa mala fecisti, jam aliquando ab iniquitate conquiesce. Equidem Romam ingressurus es, ma- re transiturus, novem annis regnans, decimo morieris. Qui- bus auditis, Rex vehementer territus oratione peita recessit, atque ex illo jam tempore minus crudelis fuit: & non multo post Romanum adit, ad Siciliam perrexit: Anno autem regni sui decimo, omnipotentis Dei judicio regnum cum vita perdi- dit. D. Greg. 12. Dial. c. 15.

\* Cum Theodosius Imp. pro sua fide, & pietate Valentiniani parvuli partes contra Maximum tyrannum, terribilem hostem, bello tuendas suscepisset, in angustiis curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas, atque illeceitas, sed ad Joannem in Ægypti eremo constitutum, quem Dei servum prophetandi spiritu præditum fama crebescere dicerat, misit: atque ab eo nuntium victoriz certissime accepit. Mox tyranni Maximi extindtor, Valentinianum puerum Imperii sui partibus, ut fu- gatus fuerat, cum miserico cordissima veneratione restituit: eoque, live per insidias, live quo alio pacto, vel casu, proxime extindto, alium tyrannum Eugenium, qui in illius Imperatoris locum non

legitimè fuerat surrogatus, accepto rursus prophetico A responso, fide certus oppellit, contra ejus robustissi- mum exercitum magis orando, quam feriendo pugnavit. Milites nobis, qui aderant, retulerunt, extorta sibi esse de ma- nibus quæcumque jaculabantur, cum à Theodosio partibus in adversarios vehementer ventis iret; & non solum quæcum- que in eos jaciebantur concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. D. Aug. lib. 5. de civ. Dei. c. 26.

Quam rem admirans Claudianus licet Ethnicus, in Pane- gyr. ad Honorium Imp. ita celebrat: Te propter gelidus Aquilo de monte procellis Obruit adversas acies, revolutaque tela Vertit in auctores, & turbine reppulit bastas.

\* D. Franciscus Alishas etiam claruit prophetiæ spiritu, ut & prævideret futura, & eorum conuercetur occulta, absentia quoque velut præfentia creneret, & ipse præfentem absentibus mirabiliter exhiberet. Tempore namque, quo Damiatam Christianorum obsidebat exercitus, aderat vir Dei non armis, sed fide munitus. Cum igitur die belli Chri- stiani pararentur ad pugnam, hoc audit, Christi servus ingemuit vehementer, dixitque locio suo: Si belli fuerit at- tentatus ingressus, ostendit mihi Dominus non prosperè ce- dere Christianis. Verum, si hoc dixerò, fatuus reputabor: sit tacero, conscientiam non evadam. Quid igitur tibi vi- detur? Respondit socius ejus, dicens: Frater, pro minimo tibi fit, ut ab hominibus judicetur, quia non modo incipis fa- tuus reputari, Exonera conscientiam tuam, & Deum magis time, quam homines. Quo auditu exiliens Christi præco, salutaribus monitis Christianos aggreditur, prohibet bellum, denunciat casum. Fit veritas in fabulam, induraverunt cor suum, & noluerunt reverti. Itur, committitur, & bellatur, totaque in fugam revertitur militia Christiana, finem belli opprobrium regeres, non triumphum: Tanta verò stra- ge Christianorum immixtus est numerus, ut circè sex mil- lia fuerint inter mortuos, & captivos. In quo evidenter inno- tuit, quod spernenda non erat sapientia pauperis, cum ani- ma viri iusti annunciet, aliquando veriora, quam septem circumspectores, sedentes in excelso ad speculandum. D. Bonav. in vita S. Francisci cap. 11.

\* Prædixit quàm Malaca Franciscus Xaverius Societ. JESU Sacerdos in Sinas foret ( ut ejus focii, qui præfentes ad- fuerant, commemorarunt, cum nufitatio quodam more fu- per lætulum toto pronus corpore inter somni, vigiliæque spe- cimen faceret, diutissimè, constantissimèque in eodem habitu corporis, in quem fe compoluerat, duravit, alienato à sensibus animo. Nam socios, qui forte intervernerant, rei novitate attonitos, tanti viri reverentia tenebat, quo minus eum affari, aut excitare sustinerent. Itaque à stupore ad cu- ram verbi, sollicito animo, atque suspensè rei præfolabantur eventum. Denum ille velut ex alto expectet somno, & ingenti aliqua molestia emerfus, certum hominem, qui tum in Lusitania versabatur, nominatim appellans, crebro in- clamavit. Deus tibi ignoscit: Atque in præfentia quidem quorsum tandem illa conquestio sciret, ipso, qui unus norat, reticente, omnes latuit: Verum litteræ deinde illa- te ex Lusitania rem patefecerunt, per appellatæ Xaverius, quem toties lamentans nomine perfollet Xaverius, ma- gnum Societati JESU in Lusitania detrimentum illatum: quod tamen Dei beneficio, & scilicet deprecatione Xaverii, cessit in commodum. Ex quo satis apparuit, Deum illi C Societati periculum precibus averteret suis. Horat. Tuscellu- nus lib. 6. de vita T. P. Xaverii c. 2.

\* Prædixit quàm idem Franciscus excederet vita, alterum è comitibus, qui sibi agrotanti præferto erant, acribus intuens nuntiatio fuit. Haud ita multo post ille, cum meretricis jam- pridem amoribus implicatus teneretur, subito casus interit; ut triplex illa Xaverii conminatio videatur triplicem illi pe- nitum animæ. Ibid.

S. Carolus Borromæus multa prophetiæ spiritu prædixisse perhibetur ab illis, qui vitam illius ex fide conscripserunt, uti etiam S. Philippus Neri, congregationis Oratorii Fun- dator.

Illustrari hoc argumentum poterit ex loco de Præfagii, Principatu, ubi Titulus, Principatus præfagia: & alius ibidem citatis.

Item hoc referri poterit Locus de Revelatione. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

\* PROPHETARUM CELEBRIORUM

E T Y M A.

Tradit ea, eorumque significationes S. Hieronymus præfati- in Joelen.

Isaias eumque nomen, id est, salus Domini. Ezechiel eumque nomen, id est, robur Domini. Jeremias eumque nomen, id est, excelsum Domini. Daniel eumque nomen, id est, judicavit me Dominus. Ofec interpretatur eumque, quem nos Salvatorem dicere possumus.

Joel eumque nomen, id est, Incipiens. Amos eumque nomen, id est, portans Latinis. Abdias eumque nomen, servus Domini. Jonas eumque nomen, id est, columba.

Michaas eumque nomen, quod latine sonat, quisquasi. Nahum eumque nomen, id est, consolatio. Habacuc eumque nomen, id est, amplexans, five luctans. Sophonias eumque nomen, id est, arcanus Domini. Aggeus eumque nomen, id est, festivus, five solennis. Zacharias eumque nomen, id est, memoria Domini. Malachias eumque nomen, id est, nuncius meus.

Eaque omnia latius apud eundem Hieronymum videre licet.

His adde plerosque alios. Samuel, idem est quod positus à Deo. Gad, Felix, accinctus. David, Dilectus. Nathan, Donatus. Semei, obediens. Azarias, Auxilium Domini. Jehu, existens. Helias, Deus Dominus. Elizeus, Dei Salus.

\* PROPHETARUM VETERUM MINISTERIA.

Prophetarum proprium opus diximus futura prædicere, juxta illuminationem, quam à Deo accipiunt, verum ad alia ministeria, quorum supra, enumerando Prophetiæ species, & varietatem meminimus; insuper adhibebantur. Quippe Deum consulebant, legem interpretabantur, instrucebant G populum, eosque spe futuri Messie consolabantur, om- nes enim de Christo prophetarunt, ut constat ex verbis ejus- dem increpantis discipulos ipso die resuscitatus, quod tar- di essent corde ad credendum in omnibus, que Propheta lo- cuti erant. Hinc & Act. 3. omnes Prophetæ à Samuel, & de- inceps, qui locuti sunt, annuntiarunt dies istos, id est, nempe adventus Messie in mundum, non quod ante Samue- lem non annuntiarunt; quia constat, Patriarchas & re, & verbis id fecisse: sed hoc dicitur, eò quod non tam distinctè annuntiarunt. Hinc cum de prima Samueli vaticinatione fit sermo, dicitur 1. Reg. 3. quod sermo Domini erat pretio- sum in illis diebus: neque erat visio manifesta, quia ut ex- punit. Hieron. non erat prophetia. lib. 5. in c. 13. Esaiæ.

11. Sacerdotes, & Propheta non modò populi, sed Regum etiam, & Principum peccata magno zelo, & aceri sermone coarguerunt. Exempla: Moyses graviter objurgat Aaronem, & populum Exod. 32. vers. 21. populum, Num. 24. vers. 4. 142. Deut. 9. v. 7. 8. Rubenitas, Num. 32. v. 6. 7. Vir Dei graviter ob- jurgat Heli Sacerdotem, 1. Sam. 2. v. 27. 28. Samuel populum. 13. v. 12. 3. & Saul, 13. v. 13. 14. Nathan Davidem. 2. Reg. 11 v. 7. Gad. Davidem, 24. v. 13. Vir Dei Jeroboam, 3. Reg. 13. v. 1. H. 23. Ahas Silonites Jeroboam, 14. v. 9. Jchu Propheta Baafa Regem, 16. v. 2. 3. Elias populum ob idololatriam Baal, 18. v. 21. 22. & 19. v. 10. Achab ob Naboth interfectum, 21. vers. 19. Ochofiam, 4. Reg. 1. v. 16. Joram Regem, 2. Paral. 2. v. 12. 13. 14. Elifas Regem Israel, 4. Reg. 3. v. 13. Propheta populum, 21. v. 10. 11. Hanan Propheta Asia Regem Juda, 2. Paral. 16. v. 7. 8. Jchu Propheta Josaphat, 19. v. 2. Zacharias populum, 24. 20. Azarias Oziam, 26. v. 18. David impios. Psalm. 75. v. 5. Ofeas diversos ordines populi. Osee 5. v. 1. Isaias populum, 1/4. 1. v. 4. & 58. v. 1. Jeremias omnium ordinum homines, Jerem. 1. v. 18. & 2. v. 8. 29. & 23. v. 11.

111. De mutationibus Imperiorum præmonuerunt suos. Ex- pta: Samuel indicat regnum à Saul esse transferendum, 1. Reg. 15. 28. Ahas prædicit Jeroboam, quod scilicet sit Deus reg- nū in duas partes, 3. Reg. 11. 30. 21. Elifas prædicit Josaphat Regi Juda victoriam contra Moabitas... Reg. 3. 18. & c. vatici- natur item Joas Regi, quod tribus vicibus sit percussurus Sy- riam. 4. Reg. 13. 18. Propheta Domini indicat, Deum propter peccata



peccata Manassis deleturum Jerofolyam, 1.11.12.13. Daniel multa prænuntiat de monarchiarum mutationibus, Dan. 2.45.7.8.9.10.11. capitibus.

IV. Docuerunt de penis peccatorum, Exempla: Vir Dei prædicit Heli Sacerdoti, quibus penis esset affligendus a Deo, 1. Reg. 2.3.1.22. eadem repetit, 3. 17. 18. quæ etiam exitus comprobavit, 1. Reg. 15.18. Nathan Davidi indicat calamitates Dei mandatum, 1. Reg. 15.18. Nathan Davidi indicat calamitates securus, 2. Reg. 12.11. Gad similiter, 24.13.1. Paral. 21.10. Salomoni denuntiat ira Dei ob idololatriam, 3. Reg. 11.10. Ahiã prædicit Jeroboam mortem filii, & excidium totius familie, 14.19. Jchu prædicit Baasæ interitum cum tota familia, 16.2.3. Elias famem propter idololatriam Achab, 17.1. & hom icidium, 21.9. ob dimissionem Benadad. Achab, cum tota familia penas daturum prædicit, 20.42. Holda prophetissa prænuntiat Ochoziam mortem, 4. Reg. 9.16. eadem mala ventura prænuntiat Josias, 2. Paral. 24.23.24. Ezechiel vaticinatur contra civitatem sanguinariam, Ezech. 12.3.4.

V. De specialibus eventibus vaticinatus, & eos prædixit, Exempla: Moyses, Exod. 16.12.13. Num. 14.39.40.41.42. Vir Dei, 3. Reg. 12.2.3.4. Reg. 23.20.21. Elias, 3. Reg. 17.3.14. B. Prophetia Dei, 20.13. Michas, 22.28. Elifeus, 4. Reg. 7.1.2. & 8.1.11.12. Iſaias, 20.12. Paral. 32.24. Eſr. 38.1.

VI. Liberationes prædixerunt, Exempla: Elifeus, 4. Reg. 7.1. Iſaias, 10.19. & c. 1. Paral. 29.15.16. Jehaziel, 2. Paral. 2.14.15. Jeremias, fer. 9.8.29.

VII. Unâ cum aliis politicis viris, consiliis juverunt externam etiam politiam, Exempla: Moyses, Exod. 18. v. 13.14. Samuel, Eccl. 46. v. 17. 18. Elias, 4. Reg. 2.12. Elifeus, 4.13. & c. 6. v. 9.12. & c. 13.14. Joadâ, 11. v. 15.16. & c. 2. Paral. 9.10. Sacerdos Levitæ, 19.5.6.7.8.9.10.11. Moyses, Oſeæ 13.13.

VIII. Hortati sunt homines ad bona opera, Exempla: Sacerdos Regi exemplar libri Legis dare jubetur, Deut. 17.18. Vide 1. Reg. 14. v. 36.37. Azarias, 2. Paral. 13. v. 1.2. Jeremias, fer. 17. v. 19.20.21. & c. 35. vers. 14.15. Ezechiel, Ezech. 3. vers. 17.18. & c. Oſeas, Oſeæ 10. v. 12.

IX. Prophetæ, & Sacerdotes Dei iuſſa, & mandata populo retulerunt, Exempla: Jethro, Exod. 18.19. Samuel, 1. Reg. 15. v. 16.17. Semeja, 2. Paral. 11. v. 2.3.4. Gad, 2. Reg. 24. v. 19.20. Jeremias, fer. 1.17. & c. 17. v. 15.16. Ezechiel, Ezech. 28. & c. 3.17.

Maximè tamèn propria officia Prophetarum fuerunt, docere tum credenda, tum agenda; unde nubibus pluviam descendentibus eos comparat S. Chrysost. hom. 10. in cap. 7. Matth. pistoribus hom. 1. in Ps. 10. Item concionari, quod scripta eorum testantur, quæ velut perpetua verba conciones. Denique prædicere futura, potissimum de Christo, qui finis erat Legis, & Prophetarum; tam enim hic, quam illa in Christum collinant eum in scopum.

\* PARTITIO. TEMPUS, QUO PROPHETARUNT.

Prophetæ alii sunt legis Naturæ, alii legis Mosaicæ, alii legis Evangelicæ. Exempla petantur ex superioribus.

Cæterum cum de Prophetis communiter loquimur, intelligimus illos, quorum extant Canonice Prophetiæ. Horum alii majores sunt, alii minores. Majores sunt 4. Iſaias, Jeremias, Ezechiel, & Daniel, quos figuratos voluit per quadragam Cherubin, cui Deus infidebat, juxta visionem Ezechielis.

D. Minores sunt numero XII. Hoesas, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias; vocantur autem hoc nomine propter brevitatem narrationis. Hinc etiam censentur omnes illorum prophetiæ tanquam unus liber: ceteri priores propter proximitatem majores appellantur, ac quilibet eorum proprium librum conficiat.

Baruch autem cum Jeremia conjungi solet, ut qui illius fuerit velut amanuensis, ejusque prophetiam illustraverit.

Deinde Prophetæ isti fuerunt partim ante captivitatem Babylonicam, ut Iſaias, Oſeas, Joel, Amos: partim circa ipsam, ut Jeremias, Ezechiel: partim in ipsa, ut Daniel, Habacuc, quoniam de hoc alii aliter sentiant: partim post ipsam, ut Aggeus, Zacharias, Malachias.

\* ÆTAS, ORDO, TEMPUS, ARGUMENTUM OMNIUM PROPHETARUM.

S. Aug. lib. 18. de Civit. c. 37. docet hos Prophetas antiquiores esse Pythagora (hic enim, ait, floruit sub Cyro, qui solvit captivitatem Judæorum Babylonicam) & multo magis Socrate, ac Platone, quin & Thalete (qui sub Romulo floruit) Ana-

ximandro, Anaximeno, Anaxagora, & aliis, qui Pythagoram præcesserunt: posteriores verò eos fuisse Orphico, Lino, & Musæo; sed his omnibus priorem, & antiquiorem esse Moysen, & multo magis Abrahamum.

Sapientia ergo Fidelium prior fuit sapientia Gentilium; immò hic suam ab illis mutuati funt.

Hoc est quod Tertullianus in faciem obicit Tertullianus, in Apologet. cap. 19. Ceteri quoque Prophetæ, etsi Moysi posthumant, extremissimi tamen eorum non retrofiores (id est posteriores) deprehenduntur primoribus vestris sapientibus, & legiferis & historicis.

Euseb. l. de præpar. 10. in fine, & Laſant. l. 4. Divin. Infl. c. 5. docent, Prophetas nostros septem Græciæ Sapientibus, & cunctis philosophis, immò Olympiadicis fuisse vetustiores, indeque docent canam, & vetustam fuisse sapientiã apud Hebræos, cum apud Græcos, & Gentiles nasceretur, essetque infans.

Porrò primus horum Prophetarum fuit Oſeæ. Hoc est enim quod cap. ejus 1. dicitur, Principium loquendi Domino in Oſeæ. Oſeæ autem cepit prophetae per Oziã, vel Azaria Regem Juda, puta sub initia regni Oziã: ultimus fuit Malachias, qui prophetavit post reditum de Babylonia, & restauratum templum sub Dario Hyſtaspis Rege Persarum.

Unde sequitur, Prophetas omnes spatio trecentorum annorum vixisse, & floruisse, tot enim anni effluxerunt, ab Oziã ad Darii tempora.

Primus ergo, ut dixi, tempore, & ætate fuit Oſeæ, hic fornicariam docere, & ex ea fornicationis filios procreare jussus, magnæ obedientiæ specimen dans, suo hoc conjugio idololatrias Judæos rediens speciosus, & fidei cum Deo initia violatæ arguit, & in tribus trium ex ea prolum multiplicat, 1. Jezebel, id est, semen Dei; 2. Lotachum, id est, abique misericordia; 3. Lo ammi, id est, non populus meus, & Synagoge repudium, ac Gentium subrogationem velut in quotidianam imagine Judæis obicit, ut proles has compellentes, se ipsos in suo nomine compellent. Tradit ex Oſeæ hoc prædestinationis, & reprobationis argumentum Apostolus profundè & p. p. ad Romanos cap. 9. 10. 11. quæ epistola sine hoc Oſeæ intelligi nequit.

Secundus Joel, s. Hieron. in prol. galatæ, describit terram duodecim tribuum erua, erua residuo bruchio, bruchio residuo locustæ, locustæ residuo rubigine vastante consumptam, & post everſionem prioris populi, effusum Spiritum S. super servos Dei, & ancillas, id est super centum viginti credentium nomina in cœcunulo Sion in Pentecoste. Idem judicii extremi diem in valle Josaphat ad eam gradibus depingit, ut horridus illum quis mente concipere, at verbis populo ob oculos ponere non possit.

Tertius Amos, pastor & rusticus (pergit S. Hieron.) & ruborum mora distringens, sed à Spiritu S. Prophetâ factus, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè explicet tria, & quatuor scelera Damasci, Tyri, Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab, atque in septimo, & octavo gradu Judæ, & Israël. Hic loquitur ad vacas pingues, quæ sunt in Samaria monte, & ruituram domum majorem, minoremque testatur, ipse certum scitorem locustæ, & stantem Dominum super murum liturum, vel adamantium, & uncinum pomorum, attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terram, non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.

Quartus Iſaias, sacrorum Vatum Homerus, & Thalybius ille cœlestis, præconio urbano, & elegantiam, ac figuris illuminato adventantis sapientie, & veritatis sacramentum vociferans, sacrilique, ut ita dicam, leporibus, & divinis salibus conditus, & jucundus, à quo tandem facti explicari per totam vitam potest? Nec opus parera rapsodum aciferere: Fecerit hoc Thomas Haſtelbachius, Viennæ S. Theologie professor anno Domini 14. 10. qui eum viginti, & uno annis nec dum primum Iſaiæ caput abolivisset, demum reliquit in idem caput libros 24. inquit Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. Litterar. T.

Si doctrinam Iſaiæ, & vaticinia spectes, non tam prophetiam videtur texere, ait S. Hieronymus, quam Evangelium, & de Virginis partu, de Emmanuele, de puero qui natus est nobis parvulus, quam piè disſuaviavit? vocationem Gentium, Ecclesiæ ortum, auctorem, mercedem, victoriam, quam canoris tibus occidit? quam hic gessit? quam spiritu exultat?

Quintus Abdias, id est, servus Dei, peronat contra Edom sanguineum, terreumque hominem, fratris quoque Jacob semper amulum percutit hasta spiritali. Parvus ipse quam suavitè superbiã premitur rectè de eo dicas; Brevis in volatilibus

libus apis initium dulcoris habet fructus illius; dulcoris fed & aculei.

Sextus Jonas, pulcherrima columba, naufragio suo passionem Domini præfigurans à cetero aborsus, & tertio die è ventre citi eductus Christum è sepulchro resurgentem adumbrans, mundum ad penitentiam revocat, & sub nomine Ninive Gentium salutem nuntiat.

Septimus Michas de Morathi coheres Christi vastationem annuntiat filii latronis, & obſidionem ponit contra eam, quia nullam percussit iudicis Israël. Idem Bethleem de Christo filio gratulatur: & tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur, qui fit dominator in Israël, & egressus ejus ab initio à diebus æternitatis.

Octavus Nahum, consolator fortis, increpat civitatem sanguinum, & post everſionem illius loquitur: Ecce super montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem.

Nonus Habacuc, Jucator fortis, & rigidus, stat super custodiam suam, ut Christum in cruce contempletur, & dicit: Operum colos gloria ejus, & laudis ejus plena est terra; splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus. Ibi abscondita est fortitudo ejus, ante faciem ejus ibit mors.

Decimo Sophonias, speculator, & arcanorum Dei cognitor magno clamore, & ululatu rugit vastitatem Hierosolymæ urbis, & orbis universi in fine mundi: quia contigit omnis populus Chanaan, dispererunt universi, qui involuti erant, argento.

Undecimus Hieremias, Sacerdos, in matris utero à Spiritu sancto initiatus, & consecratus Propheta, quasi alter Judæus Trojæ, Hierosolymorū captivitatem fatidico præconio, atque lamentabili municipibus suis prænuntiatis, videt virgam vigilantem, & ollam fuceſcentiam à facie Aquilonis, & pardum spoliata suis coloribus, & quadruplex diversis metris nectit alphabetum: exitum imminentes thronos gemit passim. Exprimit Christum & voce, & vita, carcere & mille opprobriis à Judæis direxat, quod Hierusalem de vastandam ediceret. Mitamus, ait, lignum in pancer ejus, & cradamus eum de terra viventium: Ego qui quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, & non cognovi. Alias hortatur, minatur, orat, exacerat.

Necon Threicus longa cum veste sacerdos Proloquitur numeris septem discrimina vocum.

Duodecimus Baruch, à calamo & commentariis Jeremiæ, captivus in Babyloniã abeuntis prænuntiat, ne gentium illarum idola, & vitia sequantur. Veram sapientiam docet non à Philosophis, non à terra, sed è cœlo accersendam.

Decimus tertius Ezechiel, initio, videt Deum curru Cherubim, inequantem, in fine architecturam templi: quare principia, & finem tantis habet obscuritatibus involuta, ut apud Hebræos istæ partes cum exordio Genesios à nemine ante annum trigessimum legantur. In cæteris Jeremiæ, & Iſaiæ similis est, Ezechiel multis imitatur, & sequitur S. Joannes in Apocalypsi.

Decimus quartus Daniel, temporum conscius, & totius mundi polyhistor, monarchiarum omnium ex ordine seriem, ortum, & occasum, & denique Christi regnum, quasi lapidem præcium de monte sine manibus, & regna omnia subvertentem, claro sermone prænuntiat. Mox præcurres Machabæorum tempora, Regum Syriæ, & maxime Antiochi impiissimi gesta, ejus antitypi Antichristi tyrannide, & desolatione concludit. Iſaias ergò mente, & stylo exultat: Jeremias lamentatur, Ezechiel minatur, Daniel visionibus abripitur. Ita suis cuique Prophetæ est genius, D. fuis spiritus, & stylus aspiratus à Deo, qui sua dona paritur, & dividit, cuique prout vult.

Decimus quintus Aggeus, festivus, & lætus, destructum templum adificat Christi doctrina celebrandum. Adhuc, ait cap. 2. 7. unum modicum, & ego commovebo cœlum, & terram, mare, & aridam, & movebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.

Decimus sextus Zacharias memor domini sui, multiplex in prophetia, impietatem ore oculo in amphoram inclusam, à duabus alatis mulieribus in terram Sennaar transferri videt: Jesum vestibus fordidum, & lapidem oculorum super, candelastrumque aureum, cum totidem lacris quot oculis cernit, ut post equos nigros, rufos, albos, varicos quos oculis cernit, ex Ephraim, pauperem regem vaticinatur, sedentem super pullum filium asina subjugalis, nobis frumentum elektorum, & vinum germinans virgines propinantem.

Decimus septimus, & ultimus Malachias, Sacerdotum dignitatem, & sacrificium Eucharistiæ celebrat. In omni, ait c. 1. v. 11. loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio inutilis. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

da. Etiam Thesbiten, Christi Judicis prænuntium, ex Paradiſo redeuntem videt.

SCRIPTORES.

\* Mores, vitam, & mortem singulorum Prophetarum scripserunt S. Epiphanius, Ildorus, & Dorotheus, non Episcopus, aut presbyter Tyri, sed alius quis, ejus Synopsim de Prophetis asserit Bellarminus plenam fabulis.

MULIERES PROPHETISSÆ

\* Maria soror Moysis etiam in Scriptura appellatur Prophetissa Exod. c. 15. ejus causa est, quia Deus cum ea collocutus, c. secreta pandebat, ut constat Num. c. 12. vers. 2. Nisi velimus vocari Prophetissam, quod esset cæterarum aut magistra, aut præcetrix; tali enim significatione usurpatur illud nomen apud Scriptores sacros.

\* Anna mater Samuelis prophetiæ donum à Deo receperat, ut constat ex insigni illo cantico, quod in gratiarum actionem perſolvit. 1. Reg. cap. 2.

Debora post obitum mariti Lapidothi, ut sentit Ambr. lib. de viduis, etiam prophetandi gratiam habere testata est, unde Scriptura, Erat Debora Prophetis: & Barac ad prælium adversus Jabin regem Chanaanum, & Sisaram, exercitus ejus Ducem, Dei jussu inflammavit. Judic. cap. 4.

Holda, Sellum Thecæ filii uxor, vates, quam Josias Rex Judæorum sanctissimus, reperto legis libro per Helchiam pontificem, in templo consuluit, anno regni sui 18. Minata illa est gravissima quæque legis transgressoribus: regi tamen propter studium pietatis regnum pacatum, justaque exequias denunciavit. 4. Regum. 22.

Elizabetha, Zacharia sacerdotis uxor, Joannis Baptiste mater, inter prophetissas numeranda, quæ Virginem benedictam summi regis matrem agnovit, & fetus, quem utero gestabat, latitiam perreperit.

Anna, Phanaelis F. ex tribu Aſer, 84. annorum, cum viro septem annis vixit, reliquum temporis vidua in templo Hierosolymis tranſegit, jejuniis, atque precationibus Domino serviens die, ac nocte. Hæc Jesum Salvatorem in templo oblatum agnovit, & prophetavit. Lucæ 2.

\* Filia IV. Philippii evangelistæ Athor. cap. 21. scribuntur à Luca etiam prophetasse, vult autem magister historiae Scholastica, eas prædixisse Paulo, quæ ipsi in Hierusalem erant G eventura, quamvis id neget S. Chryſostomus.

\* Omnium autem cæterarum princeps fuit B. Virgo virginum Maria, ut constat ex cantico illo, quod Elizabetha sibi gratulanti, & beatam prædicanti reposuit, uti & alius ejusdem verbis, quamvis parvissime invenitur locuta.

Maria, Ægyptia, permulta Zosima monacho Ægyptio nunciavit, partim futura, partim remotis in locis, tunc gesta: eumque, quem antea non viderat, comitatum compellavit, ac similiter de ejus Abbate egit. Fulg. lib. 1. cap. 6.

Hildegardis Abbatissa Germana ad Vvibertum Cemblandensem monachum de suis visionibus in hunc scribit modum: Deus (inquit) ubi vult, ad gloriam nominis sui, & non terrenti hominis operatur. Ego quidem tremementem timorem habeo, quoniam nullam securitatem illius possibilitatis in me scio. Sed manus meas ad Deum porrigo, quatenus velut penna, quæ omni grave dine virium caret, & quæ per ventum volat, ab ipso sustinetur; nec ea, quæ video, perfecte scire possum, quando in corporali officio sum, & in anima invisibilis: quoniam in his duobus homini defectus est. Ab infanzia autem mea, ossibus, ac nervis, ac venis meis nondum confortatis, visionem hanc in anima mea, usque ad præsens tempus semper video, cum jam plus quam septuaginta annorum sum, animaque mea, prout Deus vult, in hac visione sursum in altitudinem firmamenti, & in diversitudinem diversi aeris ascendit, atque inter diversos populose dilatatur, quamvis in longinquis regionibus, & locis à me remoti finit. Et quoniam hæc tali modo in anima mea video, idcirco etiam secundum vicissitudinem nubium, & aliarum creaturarum ea conspicio.

Ista autem nec exterioribus oculis video, nec exterioribus auribus audio, nec cogitationibus cordis meo, nec ulla cogitatione quinque sensuum meorum percipio: sed tantum in animam meam, apertis exterioribus oculis, ita quod nunquam in eis defectum cœlestis pasta sum, sed vigilanter die, ac nocte ea video, lib. 1. vita ejus, c. 8.

\* Insignes etiam revelationes Birgittæ prophetæ spiritum, quo accumulata erat, non obscure arguerunt, sic ut merito inter Prophetas noni Testamenti numeretur.

Hedvigis, uxor Henrici Barbatii, Uratislaviensis ducis, circa annum 1220. prophetico spiritu dotata fuit. Ejus rogatu mari-



tus Trebrensiense monasterium, tertio ab Uratislavia millia-  
rio, maximis sumptibus edificavit, & puellis Cisterciensis  
familia attribuit. In eo postea defunctus, neque agrorum  
maritum vivere, neque mortui funus deducere, aut obviam  
ei prodire voluit: ne quo rerum humanarum commercio  
animus ejus à divinis avocaretur. Quinetiam ceteris viris  
juxta, ac multis viris plangentibus, & lamentantibus sola mo-  
derate conjunctissimi mariti mortem tulit: impium esse vo-  
luntati divinae adversari dicitans. Ac ne videntem quidem  
illum sapere adit, nisi forte, ut egenis, & injuria affectis opitu-  
laretur. Communi enim consensu totos fere triginta annos  
distinguit, & continentes vivere: ex quo tempore Henricus  
barbam promisit, atque inde Barbatus vocatus est. Eius fi-  
lio Henrico V. Pio ad Ligniciam à Tartaris caeso, monachas  
& nurum, lamentantes, & pectora plangentibus comiter con-  
solata, gratias egit Deo, quod ejus munere talem filium pe-  
perisset, cujus ipsa viventes pietatem summam in se experta  
semper esset, quique ad extremum pro religione, & populo  
suo vitam alacrem projecisset. Anno altero post maritum obiit,  
à Christo nato 1243. septimo Idus Octobris. Corpus ejus,  
quod croceum, dum vixit, propter rationem victus du-  
ram, atque tenuem, assiduamque jejunia fuerat; post mor-  
tem insolito splendore coruscasse fertur. Tertio & viciesimo  
anno post à Clemente Pontifice in numerum Sanctorum re-  
lata est. *Cromerus lib. 8.*

PSEUDO-PROPHETÆ. FALSI,  
DECEPTORES DÆMONIACI.

\* Depingit hos suis coloribus Deus, ubi per Moysen po-  
pulo hæc significat.  
Si surrexerit in medio tui Prophetes, aut qui somnium se  
vidisse dicat, & prædixerit signum, atque portentum: & e-  
verit, quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus & sequamur  
deos alienos quos ignoras, & serviamus eis: non audies verba  
Prophetæ illius, aut somniatoris quia tentat vos Dominus  
Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum an non, in to-  
to corde, & in tota anima vestra. *Deut. 13.*

Et iterum. Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire  
verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos.  
Visum cordis sui loquitur, & non de ore Domini. *Je-  
rem. 23.*

C Et in *Threnis c. 2.* Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stul-  
ta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, ut te ad pec-  
nitentiam provocarent. Per Ezechielem quoque dicitur:  
Prophetæ ejus lineabant eos absque temperamento, viden-  
tes vana, & divinant es mendacium. Prophetæ veri à  
falsis in hoc differunt, ait Pictus Mirand. quod veri semper  
vera, falsi non semper falsa cstantur. Utitur enim Deus  
nonnunquam malis in bonum. Sic Caiphas cum esset Ponti-  
fex annillus, prophetavit expedire unum hominem mori  
pro populo.

VIRI APUD JUDÆOS.  
EX S. SCRIPTURA.

Balaam Beor F. qui Pethore in Syria ad Euphratem habi-  
tabat, ariolus fuit, conductus à Balac Sephoris F. rege  
Moabitatum, ut dicitur ageret Israelitas, qui duce Moysse  
ejus regnum invadebant. Cum in itinere esset, Angelus Do-  
mini ejus afina obstitit stricto gladio. Quem cum afina decli-  
nasset, & Balaam eam improbitus cederet, cepit loqui a-  
fina, & cum eo expostulare. Tunc tandem aperti sunt o-  
culi Balaam, ut Angelum videret, qui ei præcepit, ut iret qui-  
dam cum Balaac legatis, sed ea tantum loqueretur, quæ  
Dominus ei suggereret. Ivit ergo, & ter à Balaac productus  
ad devovendos Israelitas, Domini oraculum consulens, eos  
sanctus omnibus profectus est, & præclare interim vaticinatus  
de stella oritura ex Jacob, & sceptro ex Israel profere-  
nto, quod omnes Moabitatum Principes perdomaret. *Nu-  
m. 22. 23. 24.*

\* Ad imperium Elia Prophetæ descendit ignis de caelo,  
qui devoravit duos Principes quinquagenarios Prophetarum  
Baal cum 50. militibus eorum. *4. Reg. 10.*  
\* Hana nias filius propheta catena de collo Jeremiæ arre-  
pta, & contracta, quia non missus falso vaticinabatur contra-  
factum imperium Nabuchodonosoris Regis Babylonis, Do-  
minus minatur illi eo anno futuram mortem, *Jerem. 28.*  
\* Tempore Pauli Apostoli duo pseudoprophetæ Hyme-  
neus, & Philetus, qui à veritate exciderant, dicebant resur-  
rectionem jam esse factam, & subvertentur quorundam fidem.  
*2. Tim. 2.*

\* Ante hos dies exiit Theodas, dicens, se esse aliquem:  
cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum.

Qui occisus est: & omnes, qui crederant ei, dispersi sunt,  
& redacti ad nihilum. Post hunc exiit, & Judas Gallarus in  
diebus proffectionis, & avertit populum post se, & ipse perit;  
& omnes quoque confenserunt ei, dispersi sunt. Hæc Ga-  
maliel apud Lucam. *Act. 5.*  
\* *Ador. 21. cap.* legitur. Tribunal Paulo Apostolo dixit:  
se: Nomen tu es Ægyptius ille, qui ante hos dies tumultum  
concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum fi-  
cariorum? de hoc autem Ægyptio pseudopropheta sic *Jose-  
phus*: hoc in tempore venit aliquis ex Ægypto in Hierosoly-  
mam, dicens se esse prophetam: & populari multitudini  
persuasis, ut cum eo ad montem, qui dicitur olivarum,  
confunderent, velle se dicens eis exinde monstrare, quia  
eo vivente Hierosolymorum muri corruerunt: unde ingres-  
sum eis esse faciendum promittebat. Felix autem dum hæc  
audisset, iussit militibus, ut arma fumerent. Quo facto à  
Hierosolyms intruit super eos, & quadringentos quidem co-  
rum gladius interemit, ducentos vero vivos cepit: ipse au-  
tem Ægyptius fuga lapsus disaruit. Rursus itaque latrones  
populum contra Romanorum prelia concitabant, funden-  
tes, ne eis fubiacere deberent, & sibi resistendum vicios in-  
cedebant, atque diripiebant, *Josephus Antiquit. Judæica-  
rum lib. 20. cap. 6.*

HISTORICA.

\* Tempore Procli Patriarchæ Constantinopolitani multi  
in Creta Judæi Christianorum sacra sunt complexi per cau-  
sam ejusmodi. Vir quidam ex eorum genere erat, qui cum  
per fraudem, & dolum vitam peregrisset, postremo se  
etiam Moysen illum esse assimilavit: & coelitus in Cretam à  
Deo propterea missum esse confinxit, ut ejus loci Judæos ip-  
se per mare, perinde atque olim Israelitas per rubrum sinum  
duceret. Et passim insulam ipsam anno toto peragrans, ut  
se illum esse crederent, fuisse: atque ut opes, quas haberent,  
pecuniaque, & possessiones omnes aspernarentur, cohorta-  
tus est: se illos per mare non aliter quam in arida, in pro-  
missionis terram ducturum esse pollicitus. Atque illi vanis  
illis promissis decepti, res, operaque suas ubique neglexe-  
runt, & facultates suas temere, quibuscumque diripiendis,  
permiserunt. Ubi dies constituta adventi, quæ profecti deb-  
bant, ipse quidem confidentia, & fastu plenus, eis præit,  
illi vero hominem unum cum conjugibus, & atate imbecilliore  
consecuti sunt. Itaque eos in summum quandam scopulum  
in pelagus excurrerent duxit: atque inde conicere seipsum in  
mare, veluti natantes, & urinantes, iussit. Idque illi quid-  
dam, statim ut imperatum eis erat, fecerunt, neque deinceps  
apparuerunt. Quidam etiam in præcipio saxi alii interie-  
runt. Et universi illi, vel in undis, vel in præcipitiis saxi  
perisissent, nisi Dei providentia piscatores, & alii mercatura  
victum querentes Christiani homines subitò assuissent, eos-  
que modis omnibus extrahentes servassent, tum primum for-  
tasse qua dementia capri essent sentientes. Hi alios quominus  
se in fluctus proicerent, prohibuerunt: eorum, qui antea id  
fecissent, interitum illis indicantes. Qui sanè ægrè in animo  
rem secum reputantes, & ita eundem sine judicio susceptæ si-  
dei, & crudelitatisprehendentes, ut miserabilem in mo-  
dum enatarent, sustinerunt: & tandem Pseudomoysem il-  
lum comprehendere suum aggressi: Verum perficere id mi-  
nimè potuerunt: confestim enim ille disparuit, & magnam  
suspicionem præbuit, perniciosum quempiam dæmonem  
sub humana specie gentem eam in exitum produxisse. Pro-  
inde multi Judæorum superstitioni nuncio remisio, in Creta  
Christianam religionem constanter susceperunt. *Niceph. H  
Ca. lib. 14. bist. Eccl. cap. 40.*

ETHNICOS.

\* *Consule Titulum Sacerdotum, item Poetarum, vatum, &  
Poetarum, quatenus poetico metro oracula fundunt.*  
A Pyndaricis proditum interpretibus, scimus, Argonautas  
tribus usos vaticibus, Mopso Amycic filio, Idmone Abantii,  
denique Amphiarao Oiclis. *Cæli lib. 20. c. 15. Ant. Lib.*  
Abaris Scythæ F. ex Hyperboreis Theologus, scripsit ora-  
cula regionibus, quas peragravit, quæ hodieque extant. Prædi-  
xit quoque terræ motus, pestes, & similia, ac cælestia. Fe-  
runt eum, cum Spartam advenerit, Lacones monuisse de fa-  
cra mala avertentibus, quibus peractis, nulla postmodum  
Lacedæmonie pestis fuerit. *Apollonius in Mirab. bist.*  
Ædæfio, Chryphantii Philosophi Sardiæni, F. corpus in mo-  
tu ita fuit agile, ut fidem omnem superaret, planèque juxta poe-  
tas in sublime raptum efferretur. Tanta eadem cum numine  
erat affinitas, ut capiti laurea imposta opus non esset, sed ora-  
cula vera, & ad genuinam afflata numine spiritus speciem con-  
formata,

formata, solem tantum aspiciant funderet, quamquam nec  
A versum legem sciret, nec dum Grammaticæ præcepta calle-  
ret. *Eunapius in Chrysanbio.*  
Abbas vates, quoque Lyfandæ Lacedæmonius usus est. Ejus  
status Delphis olim spectabatur. *Pausanias in Phœciis.*  
Spartæ ante Augusti aram in foro znea est Agiz effigies,  
Agiam nunc divinasse ferunt Lyfandro, claffe Athenienfium  
apud Ægos flumen potiturum, præter tritremes x. quæ è fuga  
seu Cyprum receperet. Fuit Agias Agilochi filius, Tifameni  
nepos. *Pausan. in Lacon.*

Apollonius è Tyana civitate Græciæ, rerum futurarum præ-  
sagius claruit. Prævidit enim, Cilecem quandam lascivum ho-  
minem intra diem tertium occisum iri: & ita contigit. Ape-  
bat, se cuncta facere Deo consultore, & duce dæmone:  
scireque omnium linguas, & hominum cogitationes intro-  
ficere, futura prævidere, & jam præterita divinitus cogno-  
scere. Somnia interpretabatur, declarabat portenta, dam-  
nabat animalium sacrificia. Ejus vitam compendiosè satis  
describit *Volat. ex Philost.*

Aruns vates Thufcus, cujus peritiam in divinando describit

B *Lucanus.*  
Hæc propter placuit Tufco de more vetusto  
Acciri vates, quorum qui maximus ævo  
Aruns incoluit deserta mania Lunæ,  
Fulminis rotas motus, venasque calentes  
Fibrarum, & motus errantis in aere pennæ.

Alylus Centaurus Ixionis filius, cum divinandi pe-  
ritia clareret, fratres suos monuit, ne bellum contra  
Lapithas molirentur. Idem prædixit Nesto vulnus, quod ab  
Herculis sagitta erat accepturus. *Ovidius in Me-  
tam.*

Alyphilus Mordionides, Cimoni Atheniensi (cui familia-  
riff. erat) postquam prædixit ex præcedentibus prodigiis. *Plut.  
in Cimone.*

Vetustissimus vates, Bacis ex Boeotia, nympharum instin-  
ctu divinasse creditur. *Pausanias in Phœciis.*

Belli vates Bacchi apud Thraces Herod. lib. 1.  
Branchum ferunt Apollinis fuisse filium, cui pater divi-  
nandi artem concesserit. Strabo ait, eum Sacerdotem fuisse  
delubri Apollinis Didymæi. Ab eo Branchidarum oraculum  
C apud Milefios. *Idem Tit. Oraculorum loca.*

Callias vates Elæus, Amyclis Vaticinia reddidit.  
Cleander vates Arcadiæ, apud Herodotum.

Chorus Sacerdos fuit Cybeles, divinandi peritus. *Virgi-  
lius lib. 11. Æneidos.*

Chryles vates Apollinis, cujus filiam Chryseidem, quam  
Græci rapuisse, Deo injurias ulciscente, per seipsum in suis  
castris laboraturum.

De Curetibz, Corybantibus, Cabiris, Idæis Daçylis, Taty-  
ris demoniis quibusdam, seu potius à dæmone agitatibus ho-  
minibus facis. *Vide Strabonem lib. 10.*

Enarics divinatuli sunt apud Scythas. *Herod. lib. 4.* Ex  
Hisp. de Aere, a quo locis videtur *Aræd pias* appellari, quo-  
niam impotentes ad venerem.

Eventus vates Apollonias, initio pastor. Quo dormiente,  
cum lupi 60. gregem invassent, ovesque ad unam trucidaf-  
sent: te cognita, vocatus est in jus, & judicium sententia  
excitatus. Mox tamen insitam obtinuit divinationem, habi-  
tisque filium Deiphobum, qui Corinthiis vaticinabatur.

D *Herodotus in Calliopes.*  
Aristophanis interpres in Comædia, cui titulus *Σπίος*: Eu-  
rycles, inquit, engaltrymythos celebre nomen Athenis inde-  
ptus est, ut eum per assidentem dæmonem, vera profum vati-  
cinaretur. Proinde Engaltritzæ, ac Euryclitzæ divinatuli om-  
nes ab hoc appellati. Cur vero Engaltrymythi vocentur,  
aperit liquidò Poeta ipse, cum ait:

*Μυσταγορος τῶν ἱεροῦ καὶ μαντικῶν ἔργων,  
εἰς ἀπορίας γαστρίαι ἰδὼν, καὶ μαντικὰ ποτὴν χεῖρα.*

Imitatus, inquit, Euryclis vaticiniam, & mentem, in alieno  
ingressus ventres, comica multa effudit. *Cælius lib. 8. cap. 10.*  
*Antiq. Lib. 10. Suidas.*

Euryppus vates Græcus, quem Sinon Virgilianus ait Apol-  
linem consuluisse super simulato Græcorum reditu in pa-  
triam. Et Euryppus vates medicinz. apud *Plinium l. 11.  
Natur. historia.*

Galeote vates in Sicilia, & Attica, à Galeote Apollinis fi-  
lio. Hos solebat consulere Dionysius tyrannus.

Helenus Priami F. vaticinio clarus, & cum ex lapide Siderite  
urbis Trojanæ excidium cognovisset, Græcis jam desperanti-  
bus indicavit. Orpheo auctore Euryppides id cum fecisse af-  
L. B. *Theat. vit. Human. Tom. VI.*

ferit, quod Deiphobo Helenam post Paradis obitum invideret.  
Sophocles vero ab Ulisse captum, invitum fata Trojæ enun-  
cialle asserit. *Zetes Iliad. 5.*

*Πελαγίδης ἔλαος ἰσοποδῶν ἐξ ἄγορας.*  
Heleus vates, Polycrati Samiorum tyranno familiaris à  
Dario captus, & Democriti medici opera liberatus. *Hero-  
dorus lib. 3.*

Janus Eleus, & ab eo Jamidæ vates. *Vide Titul. Au-  
gurium.*

IEPOΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ, sacri scribae apud Ægyptios.  
Horum quidam regi prædixit, genitum iri quandam apud  
Israclitas, qui Ægyptios afflicurus, Israclitas aucturus esset,  
& virtute omnes superaturus, & gloriam immortalem conse-  
cuturus: de Moysæ loquens. *Suidas.*

Idmon Apollinis, & Asteriz filius, & ex Argonautis unus,  
claruit Vaticinio. Hunc à serpente occisum ferunt. *Senec. in  
Medea.* Ex Idmone autem, & Testia Testor, è Testore Cal-  
chas vates, ut placet Pherecydi apud *Volat. lib. 16. Commenta-  
riorum urbanorum.*

Lampon sacrificus, & vates oraculorum, solitus jurare per F  
anferem, velut avem auguralem. *Ravillus.*

Lamus Apollinis filius, fatidico spiritu magnum apud ve-  
teres nomen adeptus est. *Idem.*

Laocoon vates Trojanus, prædixit Græcos in fatali  
Sinonis machina delitescere: Trojanosque objurgavit,  
quod eam in urbem admisissent. *Virgilius lib. 2. Æne-  
idos.*

Lichas vates apud *Pausaniam in Laconicis.*  
Lycus Pandionis Regis Atheniensium filius, vates,  
qui magnarum deorum initia Andaniæ (quæ urbs Mes-  
seniæ) quam augustissima, quam celeberrima cecidit,  
Eleusine deportata jam olim à Caucone Oleni F. Phily  
telligens nepote, ut memorant Athenienses. *Pausanias  
in Messeniis.*

Megistheus, vel Megistias, patria Acarnas, oriundus à Me-  
lampode, clarus vaticinio. Floruit atate Leonide Spartani: &  
cum suorum cladem apud Thermopylas prævideret, costa-  
ment deserere noluit. *Herod. lib. 7.*

Melampus Amythaonem vatem, patrem habuit: filium  
ipse Joelen genuit: Joelis nascitur fatu Amphiaras. Cuius  
Alcmaon fuit, qui Clytium suscepit à Phegei filia. Hic Eljus  
migravit, ab avunculis secedens, quod eos eadem sciebat  
Alcmaoni machinatos. Hinc Clytidum familia fatidica.  
*Pausanias lib. 6.*

Milthas vates, quo in explicandis prodigiis Dion usus est  
*Plut. in Cimone.*

*Plinius lib. 7.* ait, maximam fuisse divinitatem Melampodi  
apud Græcos, apud Romanos Martio.

Mopfus omnium vatum peritissimus, unus eorum, qui Ar-  
gonautis futura prædixerunt. Cum hoc in certamen descendit  
Calchas: victusque, dolore animi in fata concessit. Adagium  
fluxit in vulgus, Mopfo certior: de eo, qui citrà mendacium  
futura prævidet, & enunciat. Fuit Mopfus Amypei filius. *Ovi-  
dus lib. 10. Metamorph. Seneca in Medea, Valer. Flac. lib. 1.  
Argon.* Fuerunt & alii ejusdem nominis, ut Mopfus Tiresiz  
filius, de quo sub Tiresiazus etiam, è cuius nomine Attica  
regio Mopsopia vocata est.

Museus Antiochemi F. Orphei discipulus fuit, ejusque Ly-  
ram post mortem obtinuisse dicitur: quam, quod ea indignus  
esset, Jupiter in caelum transtulit, Arati inter prete teste. Theo-  
goniam primus scripsit, & Sphæram invenit.

Nautes vates Trojanus apud *Virgilis, Æneid.* dum incense  
ab Iride in Sicilia comburerentur Æneæ naves, docuit hoc  
ipsum fieri Junonis odio, ut Latio Trojanos averteret: monuit-  
que Æneam, ne succumberet calamitatibus, sed invictò peris-  
teteret animo.

Romani cum in Tarpejo fodientes delubro fundamenta  
caput humanum invenissent: missis ob id à senatu legatis,  
Hetruriz celeberrimus vates Olenus, Calenus, præclarum  
id fortunatumque cernens, interrogatione in suam gentem  
transfere tentavit, scipione prius determinata templi ima-  
gine in solo ante se: Hoc ergo dicitis Romani, hic tem-  
plum Jovis Opt. Maxim. futurum est? hic caput invenimus?  
constantissima Annalium affirmatione, transiturum fuisse  
fatum in Hetruriam, ni præmoniti à filio vatis, legati Ro-  
mani respondissent: Non planè hic, sed Romæ inventum  
caput dicimus. Iterum id accidisse tradunt, cum in fasti-  
gium ejusdem delubri præparata quadrigæ fictiles in fornace  
crevissent: & iterum simili modo retentum augurium.  
*Plin. lib. cap. 4.*



Onomacritus fortilegus apud Athenienses, & Musaei fo-  
cius, quem Hipparchus Athenis expulit. Herodotus in Poly-  
hymnia.

Phoebone Messeniorum vates, cum ortu caecus esset,  
huiusmodi divinationis genere utebatur. Querebat de con-  
sultoribus suis, quid quique vel privatim, vel publice egis-  
set, & inde futura coniciebat. Hic visum recepit, cum  
ingenti capitis dolore laborasset. Nec multo post iterum vi-  
sum amisit, signo evidenti calamitatis Messanae imminentes.  
Pausan. l. 4.

Pages Brasiliensium Indorum vates. Orosius l. 2. ver. Em.  
Peripolitas vates Thesalus, Opheltien regem, suoque in Ba-  
tiam populos deducens, familiam multis deinde temporibus  
nobilissimam ex se reliquit.

Philochorus Atheniensis vates, extinctus est infidiis Anti-  
goni Macedoniz regis, quod venisset in suspitionem con-  
tracta, cum Ptolomæo rege amicitia. Scripsit libris 17. res  
gestas Atheniensium, & reges, & magistratus usque ad An-  
tiochum Deum: item libros 4. de Vaticinio. Suidas.

Poles vates, Erythæ, hoc est, auguria occursum in viis scri-  
psit: ut, si quis hoc gestans occurrerit, hoc significat. Suidas.

Polybius Corinthius, filio Trojam proficiscenti, & multis  
mortem prædixit. Cicero.

Fuit in Lesbos vates, Prylis nomine, Cadmi, hoc est, Mer-  
curii filius, & Isæ nymphæ, qui appulsis in Lesbum Græcis,  
à Palamede permulctus donis, captivitate illi modum est  
præfatus, equi ducti, hoc est, ligni, ratione præmonstra-  
ta, intra quem delituerunt tria milia hominum, quinquaginta  
additis: vel (quod verius) KT, id est viginti tribus tan-  
tum: illud plane poeticum, hoc verò historicum. Cælius l.  
29. c. 25. Antiq. Lc. 2.

Scirus, vates Eleufinius, à cuius nomine Minerva Sciras  
dicta est.

Softratus Atheniensis, Xerxis adventum in Græciam præ-  
dixit. Herodot.

Spurina vates C. Jul. Cæsarem monuit, ut Idus Martias ca-  
veret. Traquillo teste. Eoque die interfectus est à M. Bruto,  
& Cassio, & conjuratis, in Senatu, xxiii. vulneribus. Vol-  
ter. lib. 19.

Sübides, vates optimus: inter eos, qui oracula vetera enar-  
rant, probatus, & celebris. Suidas.

Tellias Eleus vates, Phocensibus contra Thessalos strate-  
gias excogitandis magno fuit subsidio. Pausan. in Phocis.  
Thrasylbulus Eleus, multis prælagis nobilitatus, quo etiam  
titulo simulacrum meruit in Olympia. Ravil.

Thyodamas filius Melampodis, divinandi peritus. Statius  
lib. 8.

Insignem famam, sanctoque Melampode cretum  
Thyodamanta voluit, quo cum ipse arcana deorum  
Partiri, & visus uni sciare solebat  
Amphiarus avar: tantæque haud invidiosæ arti,  
Gauderet dici similem, juxtaque secundam.

Tiresias Thebanus vates, in via ad Haliartum diem suum  
obit, filia ejus Manto, cum Argivi Thebas cepissent, captiva  
Delphos abducta, jubente oraculo, cum cæteris captivis colo-  
niam in Asiam deduxit. Ad Claron igitur, Apollinis templo  
claram, egressis, Rhacius, Cretenus Dux, qui paulo antè  
Colophonem deduxerat coloniam, occurrens, Manto in uxore  
dixit. Natus inde Mopsus, qui omnes Leleges è ditionis  
sue finibus eiecit. Pausan. in Achaicis.

CHRISTIANOS.

Vide Titulum Magorum, & Hæreticorum.

D. August. l. 1. contra Academicos, meminit Albicerii divi-  
natoris Cartaginensis, scelestissimi. sed cuius responsa verissima  
esse multis experimentis constabat. Cochlearii amissis causa à  
quodam aditus, primo statim aspectu non solum quid quære-  
ret, sed & aditus esset, & ubi lateret, citissime, verissimeque in-  
dicavit. Cum puer mercedem illi ferre jussus partem nummo-  
rum subtraxisset, coegit illum ante oculos heri, quos abstule-  
rat. reddere, priusquam aut puerum, aut nummos ipsos vidisset.  
Flacianus, qui tandem emerat, illum interrogavit. Post-  
ne id, quod eo die egisset, subodorari? Tum ille non modo  
fundum emptum, sed & nomen insolens admodum, & barba-  
ricum prononciavit. Quidam flagitanti, ut diceret quid fe-  
cum ipse tacitus cogitaret? Virgili verum respondit. Cum-  
que ille, quemnam, peteret? homo literarum imperitus ver-  
tum illum non recitavit tantum, verum etiam cecinit.

quàm dotem eia patre in testamento constitutam ambuisse,  
A lais apparuit. Sex enim mensibus post, ubi puella bona de-  
coxisset, uxore socerque relicta, Lugdunum aufugit. Ibi  
mercatorum quandam, ac trapectam prædixit obiisse in-  
tellexerat. Qui cum haberetur iustissimus, & quod om-  
nitem, adit: & eo se millum inmitti, ut quod opus factu esset,  
doceret. Cæterum dum ei de Patris anima potius, ac fama,  
quàm morte cogitandum esse dicit, vox inopinatè inter lo-  
quendum patrem referens, exaudivit: quam cum Brabantius  
ex ventre daret, se tamen expavescere mirum in modum si-  
mulabat. Movebatur autem hac voce filius, quem in statum  
pater iniustitia sua decidisset: & quantis cruciatibus, tum sui,  
tum ipsius, causa exagigaretur, & quod iniquorum eum bo-  
norum hæredem reliquisset: quæque nullo modo liberari  
posset, nisi iusta à nato expiatione facta, & debitis in eos elec-  
tomlynis collatis, qui maxime tum temporis egabant: eos au-  
tem esse Christianos à Turciscaptos. Proinde viro, quo cum  
loqueretur, crederet: hunc ad redimendos eos ad Constanti-  
B nopolim à piis hominibus ablegatum, eptique rei ergo divi-  
nitus ad cum missum. Cornutus, homo minime malus, est  
his auditis dolum haud animadvertens, qui tamen durum  
videbatur istud de pecunia verbum, se deliberatum respon-  
dit, & Brabantium eò loci posttridie redire jubet. Interè an-  
dixit, de loco subdubitabat, in quo vocem exaudierat, quod  
umbrosus esset, ac opacis, & hominum infidiis echoque ap-  
tus. Quare postero die eum in alium apertum, planum, nul-  
lisque vepris, aut umbris impeditum locum deducit. Ubi  
nihilominus eadem inter loquendum repetebat cantilena:  
hoc etiam addito, ut Brabantio statim sex francorum millia  
numeraret pro salute patris, alioquin nullam apud inferos  
fore redemptionem. Unde filius conscientia, & religione ob-  
stridus. licet agere, totidem tamen Brabantii fidei commisit.  
omni legitimo accepi, solutique testimonio neglecto. Pater  
eo facto in posterum quievit, nec filium amplius interpellavit.  
Verum miser Cornutus dimisso Brabantio, cum solito latior  
esset, idque reliqui mensari fati admirari non possent, mox  
ut seiscitantibus causam aperuit, adeo statim iratus fuit à  
C cunctis, quod & nummis, & cerebro emunctis, & expurga-  
tis, ut pra mœrore post aliquot dies mortuus, & pa-  
trem ad inquirendum ex eo rei veritatem insecutus fuerit.  
Vovierus lib. 3. cap. 12. de Præstigiis demonum. Vide  
infra Hæreticos.

ISMAELITAS.

Omniū Prophetarum numerum esse Saraceni nungantur,  
centum, & viginti milia. Legatorum verò Dei, trecentos &  
quingdecim: inter quos quique Hebraei, Adam, Seth, Efdrick,  
Noe, Abraham: quique Arabes, Muth, Schale, Ismael, Schaib,  
Mahometus. Moysen Judæorum primum, & Christum ulti-  
mum prophetam existisse, liber de Chronica Saracorum as-  
serit. Mille Prophetas inter Christum, & Moysen in populo  
Israel fuisse, & inter Christum, & Mahometum quatuor. Pro-  
phetis cælitus missos esse libros centum, & quatuor: quorum  
quingenta Seth dari, Moysi Testamentum, Christo Evan-  
gelium, Mahometo Alcoranum, & Alfurcam.

Crederunt Turcæ primum magnum Prophetam à Deo mis-  
sum fuisse Moysen, cui datus est liber Testis, quem nos Pen-  
tateuchum dicimus, ac homines omnes, qui legem hanc cu-  
D stodiunt, fuisse sal vatos. Cui autem lex illa per foecordiam,  
ac hominum malitiam fuisse corrupta, magnus iterum Pro-  
pheta à Deo missus David, librum Izabur attulit, quem nos  
Psalterium vocamus. Sed iterum ad interitum eunte plebe,  
Jesus tertius Propheta magnus à Deo missus, novam legem  
cum libro, cui nomen Ingitis, hoc est, Evangelium, causa fa-  
luta apportavit. Deficiente verò & hac lege, quartum cle-  
ctum esse Prophetam Mahometum, qui legem cum libro, cui  
nomen Alcoranus est, à Deo accepit.

Mahometus ex patre Abdalla, genere Persæ seu Atabs, &  
matre Emna Judæa natus est, posthumsus, circa annum  
Domini 597. seu 621. Camelorum primum Pastor fuit: mox  
divite ducta vidua, mercator, & inde propheta. Circa  
annum Domini 630. juxta Sigeberatum, aut 621. iuxta Luciu-  
dum, aut 606. juxta Robertum Cerenensem, alterum An-  
tichristi regnum, seu membrum exorsus est, horribili Ethni-  
cæ, Judaicæ, & Christianæ religionis confusione, & Eccle-  
siae Dei persecutione, & Romani imperii (ut à Daniele erat  
prædictum) detractione, & mutilatione. Juerunt au-  
tem eum duo Hæretici, & quidam Judæi: Zonasas Tom. 3.  
L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Paul. Diacon. lib. 18. ver. Rom. & Vinc. lib. 23. Arte magica,  
& sua astutia multos dementavit: licentia latrocinandis, &  
E omnis generis scelera, cum spe Paradisi perpetrandi, pluri-  
mos sibi conjunxit, tum Christianos, tum Judæos, tum Gen-  
tiles. Dux militiae factus, post menses 18. in Hierusalem se  
Gabriele Archangelo translatus, & in caelum elevatus, sua  
mytheria finxit se didicisse. A caelo vero delapsus, socios sibi  
adjunxit Eubogaram, & Haly, & Zadi: & profectus Atharfi,  
publicè docuit se prophetam esse, per annos decem hinc inde  
discurrens. Tandem contractis aliquot copiis, eos, quos fan-  
tasticis suis oraculis, & argutiis ad præscriptam à se religionis, &  
legum formulam perducere non potuit, minis, & armis ad  
consensum compulit. Jacob. Curio lib. 2. Chronic. Vincent. lib.  
23. cap. 41. Vaticinatus est, post se duodecim ex natione Cho-  
rafe dominaturo, & post eos fore dissidia. Prædixit Alcora-  
num decursis mille annis interituro. Ejus secta Compen-  
dium enarat Polyd. lib. 7. cap. 8. Invent.

Harduelles inter Perles regulus haud ignobilis, cæterum  
ingenio, ac moribus propè divinus, cum honores, divi-  
tias, voluptates, & cultoris vitæ commoda (quæ vulgò F  
munera humane felicitatis appellantur) veras arumnas,  
fortunæque ludibria exstimaret, eaque palam ageret mira  
animi fortitudine, quæ populus continentiz, & doloris  
impatiens miraretur magis, quàm imitari posse confideret:  
tantam excellentis virtutis opinionem adeptus est, ut eum,  
quamquam imparem regiz stirpi, Assimbejus Usumcaffas  
Perfarum Rex in generum sibi afciverit, tradita ei Mar-  
tha, quam ex Despena Calojoanis Trapezuntiorum, &  
Ponti Regis filia Christiana fuisseperat. Exstimavere pleri-  
que, regem metu potius rerum novarum, quàm optimi ejus  
viri obervantia eas filie nuptias quasivisse, quoniam Har-  
duelles vulgata nova religione, immutatisq; præ legibus  
mytheris apud Taurisum, cum è tota Perside, Armeniæque  
visendi hominis studio innumeri mortales confluerent, tan-  
tum sibi nominis, ac virum comparaverat, ut si sectatores  
suos cogere, atque armare vellet, magnas eum copias brevi  
collecturum appareret. Illud in primis, veluti divino spiritu  
afflatus persuaserat, neminem ex his post mortem cælestia  
regna petiturum, qui Mahometem coleret, nisi eos legis ri-  
tibus sequerentur, quos Haly, Mahometis interpres, & focus,  
scribendo ac docendo posteris tradidit. Ea erant magna ex G  
parte diversa, atque aliena penitus ab persuasoribus, atque  
mytheris, quibus Asia omnis, & Africa ea tempestate tene-  
bantur. Nam Homarem alterum ex Mahometis discipulis  
tanquam gravius, & certius leges interpretantem Halys do-  
ctrina præferbant. Usumcaffasne vita sancto, Jacuppus equus  
filius in paternum regnum assumptus, ne Persæ, qui antiquo-  
rum regum stirpi occultè favebant, sub specie religionis, ac  
que factorum coirent, & excitatis factionibus novas res non-  
dum firmato imperio molirentur. Harduellem submissis per-  
cussoribus interfecit, sectatoribus ejus aut cæcis, aut pulsis.  
Hismael Harduellis filius, puer adhuc, confugit in Hircaniam  
ad Pyrchalim amicum paternum, qui supra Caspium mare  
paucis oppidis imperitabat. Ex Harduellis verò discipulis  
unus ante alios Techellis, qui postea Cuselbas, hoc est,  
Rubrum caput, cognominatus est, superato Euphrate in  
minorem Armeniam pervenit: postquam sedem in Anticuro  
monte. Ibi procul à commercio hominum in altitudinem  
contemplationis conditus, per aliquot annos durissimam vi-  
tam egit, contentus his, quæ sponte terræ, atque ipsius nature H  
benignitate nascebantur. Is primò à pastoribus visus, &  
agnitus, deinde ab agricolis, qui victus duritiem, pietatem-  
que hominis admirabantur, necessariis ad vitam rebus dona-  
tus est, ac demum cum responsa daret, & jam major homine  
videretur, gliscente in immensum divinitatis opinione, à cu-  
riosiis in pagos tractus, ac mox invito similis in proximam de-  
ductus urbes omnem provinciam sui fama, admirationeque  
complevit. Nec publicatis semel novæ legis interpretationi-  
bus mortales defuerunt, qui (uti apud Perfas Harduellii  
acciderat) hominem adorerent, arbitrarenturque, nisi ea  
iusta, præceptaque caperent, animas post interitum cor-  
poris, æternos ignis cruciatus subituras. Talia frequentissi-  
mè concionibus, atque responsis cum omnibus facile per-  
suasisset, mobilem gentem, ac superstitiosam deditam,  
brevis ad sui studium pertraxit, justitque, ut sectatores turbina-  
re capitis regumentum lineæ in spiras circumdante fascia,  
pro insigni novæ religionis rubro colore distinguerent: ita  
ut novæ hujus hæreses studiosi à rubro colore pleiorum,  
Cuselbasæ toto Oriente vocentur: uti Hircani à viridi  
tegumento capitis, religionis symbolo, Bæcepas, hoc est,  
X x 4 viridia







